HENRICI CORNELII

Agrippæ ab Nettesheym, De incertitudine & uanitate ſcientiarum declamatio inuectiua, denuo ab autore recognita, & marginalibus annotationibus aucta.

Capita tractandorum totius operis, ſequentes indicant pagellæ.



LOCI COMMVNES SIVE Capita tractandorum.

CAPITA TRACTAN.

Inter diuos nullos non carpit Momus.
Int heroas mōstra quæq; insectat Hercules.
Inter dæmones rex Herebi Pluton irascitur omnibus umbris.
Inter philosophos ridet omnia Democritus.
Contra deflet cuncta Heraclitus,
Nescit quæq; Pyrrhias.
Et scire se putat omnia Aristoteles.
Contemnit cuncta Diogenes.
Nullis hic parcit Agrippa.
Contemnit, scit, nescit, flet, ridet, irascitur, insectatur, carpit omnia.
Ipse philosophus, dæmon, heros, deus & omnia.

SPECTABILI VIRO D. AVGVTSTINO FVRNARIO CIVI GENVENSI.

Henricus Cornelius Agrippa ab Nettesheym.

S. P. D.



Ogitanti mihi (integerrime Augustine, qui bene merendi studio me tibi ppetuo debendæ gratiæ rerum effecisti) quo cultu, qua ueneratione, quo pignore, quaue ingenij industria tibi hãc animi mei obseruãtiam testarer, animus erat te pulchro aliquo & magno (quando tu pulcherrimis maximisq; dignissimus) munere adornare, ac cum ornatissima sermonis integritate, tũ locupletissima rerum dignitate, grauissimoq; sententiarũ pondere, tibi de penitissimis utriusq;, diuinæ & humanæ, literaturæ libros offerre, uerũ cũ ego tanto aĩo meo cum doctrina & ingenio longe sim inferior, tũ dicẽdi facundia, sermonisq; elegantia illũ remoto gressu sequar, nõ habeo in mei ingenij suppellectile, q̃ præstare possim, præter insignẽ ignorantiã, ipsumq; iacet

ingenium, fortunæ meæ indignatione deiectum, adeo ut ex ipsa indignatione ferme cum Troiana illa Hæcuba uersus sim in canem, ac nullarũ uirium sim ad bene dicendum, nil amplius memini nisi mordere, oblatrare, maledicere, conuiciari, atq; sic adfectus, scripsi his diebus uolumen satis amplum, cui, De incertitudine & uanitate scientiarum titulum feci: in quo sic uniuersam illam sciẽtiarum atq; artiũ gigantomachiam oblatraui, sic omnes illos scientiarum & artiũ robustissimos uenatores ualidissimis morsibus pstrinxi, ut quoties opus ipsum reuiso, ipse ego me demirer talem in homine canem, & cui nihil caninum desit, præter unam adulationem, licet aulico admodũ necessariam. Ne igitur obseruantiæ tuæ desertor esse uidear, dum condigna te, & ex scientiarũ deprompta thesauris, fœcunda munera impendere nequeo, saltẽ ex eadem ignorantiæ & indignationis meæ officina, hanc Cynicam declamationẽ in obseruãtiæ in te meæ argumentũ tibi nunc offero: hac te dono, hanc tibi dedicatam cõstituo, magnitudinẽ animi erga te mei libẽter ostensurus, atq; q̃ uigilem custodem, q̃ oculatum speculatorẽ, q̃ audacem militem, q̃ magnanimum ducem in me tibi acq̃sieris, qui cum uelut e sublimi specula hostes procul denuncio, quo se diuinarũ literarum ciues in loca recipiant tutiora, tum pro eorundem omnium salute omnibus me lacerandum obijciens, primus cominusq; in acie propugno: quo facinore tantum abest quod metuam inuidiam, ut gratiam ab omnibus mihi deberi putem, qui ad operam publicæ utilitatis simul speculator & miles, denun-

ciem & impugnem, quibus salus periclitatur humana, atq; insuper ducem me præbeam ijs, qui egredientes humanarum sciẽtiarum labyrinthum, in arcem tendunt ueritatis. Accipe igitur nunc Augustine colendissime hanc, qualiscunq; est declamationem, atq; illam tibi tuo iure habe. Scio enim, si uenator es, & canes amas, non poterit illa tibi non esse gratissima. Verum ego nunc e cane in crocodilum aut draconem aliumue igniuomum serpentem migrabor, & pyrographiam (opus quale hactenus nostra non uiderit ætas, sed non nisi famoso cuiquam orbis uastatori profuturum) protinus absoluam. tum sacra me spargam lympha, & flumine uiuo abluam, quo tandem fatalibus his laruis exutus, rursus in hominem reuertar, ne quando nimiũ pythagorissans, & in tam uarias beluas demigrans, tandem Luciani & Apuleij instar, in philosophantem asinum uertar, sed tu nunc felicissime uale, memineris q́; cum hæc nostra legeris, quia

Nihil scire felicissima uita.

HENRICVS CORNELIUS Agrippa ad lectorem.



N non tibi lector studiose, magnanimum præaudax ac pene Herculeum hoc meũ facinus uidebit, contra uniuersam illam scientiarum omnium atq; artium gigãtomachiam arma sumere, ac uniuersos illos scientiarum, artiumq; robustissimos uenatores in arenam prouocare? insfrement aduersum me doctorum supercilium, licentiatorum eruditio, magistrorum autoritas, baccalauriorum conatus, & scholasticorum omnium zelus, mechanicorumque seditio. Quos si confecero, nonne aut par, aut maius erit, atq; leonem Nemeęum claua percutere, hydram Lernæam igne interimere, aprum Erimanthæum occidere, ceruam Menalio nemore aurea cornua gerentem capere, Stymphalidas aues in nubibus sagittis confodere, Antæum intra ulnas opprimere, columnas in oceano figere, Geryonem tricipitem uincere, boues abigere, taurum perimere, Acheloum monomachia superare, Diomedis equos abducere, Cerberum uictum catena trahere, aurea Hesperidum mala rapere, eiusque generis plura, quæ ab Hercule & magnis laboribus nec minori periculo gesta sunt, cum non minoris laboris, periculi aut quàm maximi sit, hæc gymnasiorum atque palestrarum monstra superare? Neq;

enim non uideo, quàm cruenta pugna hic mihi cominus ineunda est, atque plenum periculo bellum, cum sim tam potentissimorum hostium uallatus exercitu. Hei quot me machinis oppugnabūt, quot me impetent moliminibus, quot me persequentur ignominijs? Obstrepent in primis pediculosi grāmatici, atque etymologijs suis ex Agrippa nomen indent podagricum. Antoniti poetæ pro Momo uel hirco Aesopico traducent carminibus. Nugiuendæ historiographi supra Pausaniam & Herostratum prophanabunt. Magnicrepi rhetores iratis oculis, terribili uultu, grandi strepis uocibus, dirisque gesticulationibus perduellionatus accusabunt. Monstrosi memoriographi laruis cerebrum obtundent. Pugnaces dialectici innumera syllogismorum tela in me conijcient. Flexiloqui sophistæ uerborum laqueis suisque indissolubilibus, ceu iniecto freno, obturabunt. Barbarus Lullista absurdis uerbis ac solœcismis dementabit caput. Terra cœloque proscribent impij mathematici. Atomographi arithmetici concitatis in me fœneratoribus, ad alieni æris rationem cogent. Ad laqueum adiget peruicax aleator. Infaustos numeros supputabit sortilegus Pythagorista. Carcerem tristitiamque infelices figuras proijciet punctator geomantes. Canent me in triuijs uulgi fabulam multi toni musici, ac stridulis ronchis dissonisque concharum, peluium, patinarumque strepitibus, plus quàm solent digamorum sponsalitijs, obturabunt. Excludent choreis pomposæ matronæ. Oscula negabunt blandulæ puellæ. Camelum saltantem subsannabunt garrulæ ancillæ. Saltator histrio ludet in me turpi scena tragœdiam.

Dextera læuaq; imperet centimanus gladiator. Perplexi geometræ iniectis triquetris tetragonisque circulis, tanquam Gordionijs nodis irretitum captiuabunt. Simia uel ipso Therſite deformiorem pinget ſculpetq; inanis opticus. Vltra Sauromatas & glacialem relegabunt uagi coſmimetræ. Dædaleus architectus inexpugnabilibus machinis clandeſtine ſubcuniculabit, correptumq; inobſeruabilibus labyrinthis errare coget Ad arrugias condemnabit Stygius metallarius. Suſpendium comminabuntur fatales aſtrologi, cœlorumq; labili uertigine conſcenſum ad ſuperos cohibebunt. Ominabuntur omne malum minaces diuinatores. Frigidum in Venerem, inualidiq; femoris diffamabit importunus phyſiognomus. Cerebricoſum aſellum pronunciabit delirus metopoſcopus. Diuinabit omnia ſiniſtre fatidicus chiromantes. Triſti auſpicio exaugurabit præſagus aruſpex. Mittet ultrices flammas Iouis, & præſagi fulminis ignes portentoſus ſpeculator. Nocturnis terrebit lemuribus tenebricoſus oniropola. Furens uates ambiguo decipiet oraculo: Prodigioſi magi tanquam alterum Apuleium aut Lucianum in aſinum, non tamen aureum, ſed forte ſtercorarium transformabunt. Spectris atque manibus perſequetur ater goeticus. Sacrilegus theurgus caput conſecrabit es coracas, uel forte in cloacas. Imprecabuntur ſuam tetractim dementulati cabaliſtæ. Acephalum ſpadonemve repræſentabit anilis præſtigiator. Diſcerpent pugnaciſſimis opinionibus contentioſi philoſophi. Noſq; inter canem & crocodilum migrare facient circulatores Pythagorici. Dolio aut ſepulchro recludent fœdi mordaceſque Cynici. Vxorem com-

municandam clamabunt pestilentes Academici. Enecabunt crapula glutones Epicurei. Mortificabunt animam, excludentq́; paradiso impij Peripatetici. Seueri Stoici ademptis humanis affectibus, in filicem permutabunt. Vaniloqui metaphysici uelut ex chao Demogorgoneo eorum quæ nusquam sunt nec erunt, nunquam non paradoxis mentem euertent. Censores ethici in centum referent tabulas, interdicet muneribus legislator politicus. Abdicabit aula uoluptarius princeps. Sissirijs propellent ambitiosi optimates. Insensatus populus uicatim affliget opprobrijs. Phalaris tauro cruciandum recludet terribilis tyrannus. In exilium agent factiosi oligarchæ. plebs impetuosa & multorum capitum mala bestia, indicta causa, rapiet in exitium. Proditionis insimulabit afflicta quæuis respublica. Aris interdicent auari sacerdotes. A pulpito lacessent laruati cuculliones, contumeliosiq́; hypocritæ. Peccata reseruabunt æternis ignibus plenipotentes pontifices. Gallicam scabiem comminabuntur salaces meretriculæ. Rapax leno lenaque temulenta obstetricabunt loculos. Excludent xenodochijs hulcerosi mendicantes. Sacrum incendium rabidosque morsus offerent gyrouagi quæstuarij, suisq́; destituent indulgentijs. Obærabit macello infidus dispensator œconomus. Impinget in Scyllas blasphemus nauta. Mercator improbus usuris oppignoratum obsumet. Furax quæstor compilabit stipendium. prohibebunt amœnis hortulis duri agricolæ. Lupis me deuouebunt ociosi pastores. Hamum subijciet latentem nudiuagus piscator. Canes accipitresque immittet clam abundans uenator. Deprædabit armi-

potens miles. Submouebunt ordine purpurati nobiles. Exuent maiorum imaginibus paludati heraldi, indictisque equitijs, quæ torneamenta uocant, pro rustico exactionario inclamitabunt. Loito & retrimentis scatophagi medici perfundent. E quibus loquax logisticus disputando de morbo, tempestiuum subtrahet remedium. Temerariusque empericus dubio experimento mortis exponet periculo. Fallax methodicus procrastinando remedia, ægritudinem producet suum ad cõpendium. Exugent clysterijs sordidi pharmacopolæ. Dentibus ac testibus insidiabuntur emasculatores chirurgi. Dissecandum postulabunt crudeles anatomistæ. Angario recludet immundus ueterinarius, ac quadrigario puluere occæcabit oculos. Fame conficiet præuaricator diætarius. Offam insulsam siticulosus obtrudet coquus. Diuitijs interdicet prodigus alcumista, ablegabitque fornaculis. Vastissimis glossarum suarum uolumibus obruent inexpugnabiles iuristæ. Maiestatis reum agent fastuosi legulei. Excommunicabunt diris execrationibus arrogantes canonistæ. Sexcentas calumnias intentabunt litigiosi causidici. Colludet cum aduersario deserta causa subdolus procurator. Subscribet falsum dubius tabellio. Condemnabit actionis inexorabilis iudex, negabitque (quos uocant) appellandi apostolos. Destituet rescripto imperiosus archiscriba cancellarius. Hæreseos inclamabunt obstinati theosophistæ, aut ad idola sua sectari compellent. Ad palinodiam uociferabunt superciliosi magistri nostri, magnisque sigillis proscribent Sorbonici atlantes. Vides nunc lector quanta obeam pericula? Facile tamen hos

infultus euadendi spes est, si tu modo ueritatis pa-
tiens, posito liuore, candido animo ad hæc legen-
da accesseris. Habeo præterea quo me tuear uer-
bum dei, quod ego his pro clypeo scutoq́ intrepi-
dus opponam. Et si oporteat, qui pro illo libens
tantos in me concitaui hostes, libens etiam occum-
bam, priusquam deseram. Et te scire uolo, me non
odio, non ambitione, non dolo, non errore inductū
hæc scripsisse, nec me sacrilega cupiditas, nec im℗
bæ mentis arrogantia ad hoc impegit, sed causa o-
mnium cum iustissima tum uerissima, quod uideli-
cet uideam multos humanis disciplinis scientijsq́
usq; adeo insolescere, ut sacrarum literarum elo-
quia, & canonicas spiritussancti scripturas (quia ca
rent ornamentis uerborum, uiribus syllogismorū,
affectatisq́ suadelis, & peregrina philosophorum
eruditione: sed simpliciter in operatione uirtutis,
& nuda fide firmatæ sunt) idcirco tanquam rusti-
cas & idioticas non modo despicere & aspernari,
sed & uelut contemptu quodam insuper insectari.
Alios etiam uidemus, licet sibi magis pij uidean-
tur, qui Christi leges probare & confirmare nitun
tur decretis philosophorum, illis plus tribuentes
quàm sanctis dei prophetis, euangelistis & aposto
lis, cum tamen hi ab illis plus disdiapason absunt.
Præterea in multis ac ferme omnibus gymnasijs
peruersus mos ac damnabilis cōsuetudo inoleuit,
quod initiandos discipulos iureiurando adigunt,
Aristoteli aut Boethio, aut Thomæ, aut Alberto,
seu alio cuiuis suo scholastico deo sese nunquam
repugnaturos: à quibus si quis latum unguem di-
uersum senserit, hunc hæreticum, scandalosum, pi-
arum aurium offensiuū, igne flammisq́ absumen-

dum proclamant. Hi igitur tam temerarij gigan-
tes, & sacrarum literarum hostes, aggrediẽdi sunt,
illorum castra & arces expugnanda sunt, ostenden
dumq́ꝫ quanta sit hominum cæcitas, cum tot scien-
tijs & artibus, cum tot insuper singularum magi-
stris & autoribus, semper à ueritatis cognitione
aberrare, quanta etiam temeritas, quam arrogans
præsumptio, philosophorum scholas præferre ec
clesiæ Christi, opinionesqꝫ hominum præponere
aut adæquare uerbo dei. Denique quàm impia ty
rannis, captiuare ad præfinitos autores studioso-
rum ingenia, & adimere discipulis libertatem in-
dagandæ & sequendæ ueritatis. Quæ omnia cum
tam manifesta sint, ut inficias iri non possunt, ue-
nia danda erit, si liberius ac forte amarulen
tius in aliqua disciplinarum genera,
earundemve professores
uidear perorare.
Vale.

NOBILIS VIRI HENRICI CORNELII

Agrippæ, Equitis aurati, & utriusq; iuris doctoris, sacræ Cæsareæ maiestatis à consilio, & archiuis indiciarij, de incertitudine & uanitate scientiarum atq; artium declamatio.

De scientijs in generali. Caput. I.



Etus opinio est, & ferme omnium philosophantium concors & unanimis sententia, qua arbitrantur scientiam quãlibet, homini ipsi pro utriusque captu ac ualore non nihil diuinitatis adferre, ita ut sępe ultra humanitatis limites in deorum beatorum choros eos referre possint: hinc uaria illa & innumera scientiarum encomia prodierũt, quibus unusquisq; eas artes atq; disciplinas, in quibus iam diuturno exercitio ingenij sui uires exacuit, nõ minus ornato, q̃ longo sermone nititur omibus anteferre, & uel supra cælos ipsos extollere. Ego uero alius generis psuasus rationibus, nil perniciosius, nil pestilentius hominũ uitæ, animarumq; nostrarum saluti posse cõtingere arbitror, q̃ ipsas artes, ipsasq; scientias. Ideoq; conuerso ordine agendum censeo, & scientias ipsas non tantis pconijs extollendas, sed magna ex parte uitupandas esse mea

dum proclamant. Hi igitur tam temerarij gigantes, & sacrarum literarum hostes, aggrediēdi sunt, illorum castra & arces expugnanda sunt, ostendendumq́ quanta sit hominum cæcitas, cum tot scientijs & artibus, cum tot insuper singularum magistris & autoribus, semper à ueritatis cognitione aberrare. quanta etiam temeritas, quam arrogans præsumptio, philosophorum scholas præferre ecclesiæ Christi, opinionesq́ hominum præponere aut adæquare uerbo dei. Denique quàm impia tyrannis, captiuare ad præfinitos autores studiosorum ingenia, & adimere discipulis libertatem indagandæ & sequendæ ueritatis. Quæ omnia cum tam manifesta sint, ut inficias iri non possunt, uenia danda erit, si liberius ac forte amarulentius in aliqua disciplinarum genera, earundemve professores uidear perorare.

Vale.

NOBILIS VIRI HENRICI CORNELII Agrippæ, Equitis aurati, & utriusq; iuris doctoris, sacræ Cæsareæ maiestatis à consilio, & archiuis indiciarij, de incertitudine & uanitate scientiarum atq; artium declamatio.

De scientijs in generali. Caput. I.



Etus opinio est, & ferme omnium philosophantium concors & unanimis sentētia, qua arbitrantur scientiam quālibet, homini ipsi ꝓ utriusque captu ac ualore non nihil diuinitatis adferre, ita ut sępe ultra humanitatis limites in deorum beatorꝫ choros eos referre posiint: hinc uaria illa & innumera scientiarum encomia prodierūt, q/bus unusquisq; eas artes atq; disciplinas, in quibus iam diuturno exercitio ingenij sui uires exacuit, nō minus ornato, q̄ longo sermone nititur oīnibus anteferre, & uel supra cælos ipsos extollere. Ego uero alius generis ꝑsuasus rationibus, nil perniciosius, nil pestilentius hominū uitæ, animarumq; nostrarum saluti posse cōtingere arbitror, q̄ ipsas artes, ipsasq; scientias. Ideoq; conuerso ordine agendum censeo, & scientias ipsas non tantis ꝑconijs extollendas, sed magna ex parte uitupandas esse mea

opinio est, nec ullam esse q̄ careat iusta reprehensionis censura, neq; rursus quæ ex seipsa laudē aliquam mereatur, nisi quam à possessoris ꝓbitate mutuatur. Ea aūt modestia hanc sententiā meam à uobus accipi uolo, ut me nec alios uelle reprehēdere, q diuersum sentiunt, nec mihi aliqd arrogare insolentius putetis. Itaq; mihi in hoc reliquis dissentiēti ueniam dabitis, donec à singulis per ordinē literarum facultatibus, hanc sententiam auspicabimur, nō uulgaribus duntaxat argumentis, & à sup ficie rerum sumptis, sed rationib9 firmissimis, & ex intimis rerum uisceribus eductis: non ulla Demosthenis aut Chrysippi arguta eloquentia, quæ mihi sacras literas ꝓfitenti opprobrio esset futura, tanquā adulationes amanti, si fucos dicendi sequar. Nā loqui proprie, nō eloqui: & rei ueritatem, nō sermonis ornatum, sacrarum literarum professorem intendere decet. Non enim in lingua, sed in corde ueritatis sedes est. Nec interest in dicendis ueris q̄li sermone utamur: mendacium eīn eloquentia, uerbisq; phaleratis indiget, ut se possit hoīm mentib9 insinuare: ueritatis aūt sermo, ut scribit Euripides, simplex existit, non quærens fucum, nec pigmenta. Quod si ergo assumptum negocium absq; omni eloquentiæ flore (quæ ea ipsa quoq; nunc à nobis, etiam nō tam negligēda quàm dānanda erit) uestris delicatissimis auribus offundam, ea uos precor feratis patientia, qua Romanus ille imperator quondā cum exercitu constitit, ut audiret mulierculam, atq; Archesilaus rex interdum audire uoluit raucos & inamœnæ uocis homines, q̄ audiens postea eloquētes, plus caperet ob

lectamenti. Memineritis illius Theophrasti senten
tiæ, apud maximos quosq; & elegantissimos uiros
etiam rudes loq; posse, dummodo fide & ratione lo
quantur: atq; ne quasi oscitantes uos auribus pende
re sinam, quibus uestigijs & indicijs ueluti canib9
hanc narratam opinionem meam uenatus deprehen
derim, nunc ꝓferam in medium: si modo id uos pri
us cõmonuero, scientias omnes tã malas esse, quàm
bonas: nec aliam nobis supra humanitatis metam af
ferre deitatis beatitudinem, nisi illam forte, quã an
tiquus ille serpens pollicebatur primis parentibus,
inquiens: Eritis sicut dij, scientes bonum & malum.
In hoc itaq; serpente glorieẽ, qui glorĩaẽ se scire sci
entiam. quod probe factitasse legimus Ophitos hę
reticos, qui serpentem in sacris suis colebant, dicen
tes ipsum in paradiso uirtutis cognitionẽ induxisse.
Astipulatur istis Platonica historia, Theutũ quen
dam humano generi *infensum dæmonem scientias*
primum excogitasse, nõ minus offensiuas q̃ utiles,
ut prudentissime disseruit ille totius Aegypti rex
Thamus, de scientiarum ac literarum inuentoribus.
Hinc est q̃d grãmatici pleriq; dęmones quasi scien
tes exponunt: sed esto, has fabulas Poetis philo
sophisq; relinquamus, & non sint alij scientiarum
inuentores q̃ homines, atq; illos scimus fuisse pes-
simæ generationis filios, filios inquam Cain, & de
quibus uere dictum est: Filij huius seculi prudentio
res sunt filijs lucis in generatiõe hac. Si itaq; nunc
scientiarũ inuentores homines sunt, nõne omnis ho
mo mẽdax, nec est qui faciat bonum usq; ad unum?
Sed esto, rursus sint homines aliqui boni, nihil sci-

entiæ ipsæ bonitatis, nihil ueritatis habebunt, nisi quãtum ab ipsis inuentoribus, uel possessoribus mutuantur uel acquirunt. Nã si in malum quempiam inciderint, noxiæ erunt, illumq́ꝫ ex malo reddẽt deteriorem, ut peruersum grammaticum, uaniloquum poetam, mẽdacem historicum, rhetorem palponem, memoriographum ostentatorẽ, litigiosum dialecticum, sophistam perturbatorẽ, linguacem Lullistã, arithmeticum sortilegum, lasciuum musicum, impudicum saltatorẽ, geometram iactatorem, cosmographum erronem, architectum perniciosum, nautam piratam, astronomum fallacẽ, magum flagitiosum, ꝑfidum cabaleum, physicum somniatorũ, portentosum metaphysicum, morosum ethicum, iniquũ politicum, principem tyrannum, magistratum oppressorem, populum seditiosum, sacerdotẽ schismaticum, monachum supꝑstitiosum, prodigum œconomum, mercatorẽ falsiiurium, quęstorem compilatorem, segnem agricolam, pastorem abigeum, piscatorem maledicum, uenatorem latronẽ, militem prędonem, nobilem exactorẽ, medicum occisorẽ, pharmacopolam ueneficum, coquũ helluonem, alchimistam impostorem, iurisconsultum uersipellem, causidicum mille scelerum ꝓtectorem, tabellionem falsarium, iudicem uenalem, & e sublimi tribunali latronem, theologum hæreticum, & uniuersæ multitudinis seductorem. Nihil aũt inauspicatius quàm ars, q̃ scientia impietate cõstipata, & malarum rerum: ꝑniciosissimus est maximus quisq; artifex, & doctissimus autor. Qđ si etiam in non tam malum sed stultum aliquem incidant, nihil illo insolentius

ac importunum magis: nam præter id quod illi de cognata stultitia supest, tuetur illum doctrinę autoritas, habetq́ꝫ literarū instrumenta quibus suam defendat amentiā, quibus cęteri stulti carentes mitius insaniunt, queādmodum de rhetore ait Plato: Nam quo erit (inquit) ineptior atqꝫ indoctior, hoc plura narrabit, imitabitur oīa, nihilq́ꝫ se indignū existimabit. Nil igitur exitialius q̄ cum ratione insanire. Si quis aūt uir bonus & sapiens illas possideat, fortassis bonę erunt scientiæ, ac reipublicę utiles, possessorem aūt suum nihilo reddēt beatiorem: non eṁ (ut aiunt Prophyrius & Iamblicus) uerborum accumulatio disciplinarumq́ꝫ multitudo beatitudo est, q̄ nec ullum insuper ꝑ rationum ac uerborum quātitate accipit incremetū: quod si ita esset, nihil prohiberet illos, q̄ omnes congregauerunt disciplinas, esse beatos: hunc vero qui his careat, nequaquam: essentq́ꝫ philosophi sacerdotibus beatiores. Vera eṁ beatitudo nō consistit in bonorum cognitione, sed in uita bona: nō in intelligere, sed in intellectu uiuere: neqꝫ eṁ bona intelligentia, sed bona uoluntas coniungit homines deo, nec aliud efficiunt disciplinæ, foris adhibitę, nisi quia conditionem nobis quandā purgatoriam adhibent, ad beatitudinem aliquid conducentem, non tamen rationēipsam qua nobis beatitudo compleatur, nisi eis adsit & uita, in ipsam bonorum translata naturam: sæpissime eṁ est compertum, ut ait Cicero ꝑ Archia, ad laudem atqꝫ uirtutem naturam sine doctrina, quā doctrinā sine natura ualuisse. Non igitur tam longa, tam difficili & uix unquā perscrutabili (ut Auerroistæ conten

dunt scientiarum om̄iū disc plina animum imbue-
re opus erit, quā ipse etiam Aristoteles beatitudini
ait ualde coēm, & quā cuncti facile adipisci q̄ant,
disciplinā quandam & diligentiā, q̄ scz ait facilem
& q̄si cōmunem facultatē contēplandi obiectū om-
nium nobilissimū. s. deum: qui q̄dem tam facilis &
omibus cōmunis contemplandi actus, nō syllogi-
zando & demōstrando perficitur, sed credendo & co-
lendo. Quę ergo nunc scientiarū felicitas: q̄ sapien-
tium philosophorumq́; laus & beatitudo, q̄bus scho-
læ oēs perstrepunt, resonantq́; encomiis eorū, q̄rum
animas diris cruciatibus distrahi audiunt uidentq́
inferi? Vidit hæc August. & timuit, exclamās illud
Pauli: Surgunt indocti & rapiunt cœlos, & nos cū
scientia nostra mergimur in infernum. Quod si au-
dendū est uerum fateri, tam est scientiarū omnium pe-
riculosa inconstansq́; traditio, ut longe tutius sit
ignorare q̄ scire. Adam nunq̄ e beatitudinis paradi-
so pulsus fuisset, nisi serpēte magistro didicisset sci-
re bonum & malū. Et Paulus eiiciendos censet de ec-
clesia, q plus scire uolunt quā oportet. Socrates di
omnes ferme disciplinas p̄scrutatus esset, tunc pri-
mum ab oraculo sapientissimus oīm iudicatus est,
cum se nihil scire palā fateret̄. Tam est scientiarum
oīm cognitio difficilis, ne dicā impossibilis, ut pri-
Eccēs. 1. us uita tota hominis deficiat, quā uel unius discipli-
næ minimæ ratio perfecte inuestigari possit. Quod
mihi hic affirmare uidet̄ Ecclesiastes, dum ait: Intel-
lexi quod omniū opum dei nullā possit homo inue-
nire rationem, eorum quæ fiunt sub sole: & quanto
plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inue-

imbue-
ritudinē
q̄ant, p
facilem,
ctū om
acilis &
yllogi-
do &eo
sapien-
us scho
e, q̄rum
ident q̄
ās illud
nos cū
d si au-
ium pe
rius fit
paradi
ſset sci
t de ec
res dū
t pri-
us est,
arum
t pri-
ſcipli
Quod
: Intel
inue-
uanto
inue-

[illegible]

dunt scientiarum omniū disciplina animum imbuere opus erit, quā ipse etiam Aristoteles beatitudinē ait ualde coēm, & quā cuncti facile adipisci q̄ant, p disciplinā quandam & diligentiā, q̄ scz ait facilem, & q̄si cōmunem facultatē contēplandi obiectū omnium nobilissimū. s. deum: qui q̄dem tam facilis & omnibus cōmunis contemplandi actus, nō syllogizando & demōstrando perficitur, sed credendo & colendo. Quę ergo nunc scientiarū̄ felicitas? q̄ sapientium philosophorumq́ laus & beatitudo, q̄bus scholæ oēs perstrepunt, resonantq́ encomijs eorū, q̄rum animas diris cruciatibus distrahi audiunt uidentq́ inferis? Vidit hæc August. & timuit, exclamās illud Pauli: Surgunt indocti & rapiunt cœlos, & nos cū scientia nostra mergimur in infernum. Quod si audendū est uerum fateri, tam est scientiarū̄ omnium periculosa inconstansq́ traditio, ut longe tutius sit ignorare q̄ scire. Adam nunq̄ e beatitudinis paradiso pulsus fuisset, nisi serpēte magistro didicisset scire bonum & malū. Et Paulus eijciendos censet de ecclesia, q̄ plus scire uolunt quā oportet. Socrates dū omnes ferme disciplinas p̄scrutatus esset, tunc primum ab oraculo sapientissimus oīm iudicatus est, cum se nihil scire palā fateret̄. Tam est scientiarum oīm cognitio difficilis, ne dicā impossibilis, ut prius uita tota hominis deficiat, quā uel unius discipli-
Eccl̄s. 3. næ minimæ ratio perfecte inuestigari possit. Quod mihi hic affirmare uidet̄ Ecclesiastes, dum ait: Intellexi quod omniū opum dei nullā possit homo inuenire rationem, eorum quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inue-

niat, etiã si dixerit sapiens se nosse, nõ poterit reperi re. Nihil homini pestilentius cõtingere potest quam scientia: hæc est uera illa pestis, q̃ totum ac om̃e hominũ genus ad unũ subuertit, q̃ omnem innocentiã expulit, & nos tot p̃ctõrum generibus mortiq; fecit obnoxios, q̃ fidei lumen extinxit, aĩas nostras in ꝓfundas cõijciens tenebras, q̃ ueritatẽ damnãs, errores in altissimo throno collocauit. Quare iam nõ uituperandi mihi uident̃ Valentianus ille imperator, quẽ acerrimum literarũ hostẽ extitisse aiunt, atq; Licinius imperator, q literas uirus ac pestẽ publicã dictitabat: quin & Ciceronẽ ipsum fontem literarũ abundantissimum refert Valerius tandẽ literas contempsisse. Tanta aũt est ueritatis ampla libertas, liberaq; amplitudo, ut nullius scientiæ speculationibus, nõ ullo sensuum urgenti iudicio, nõ ullis logici artificij argumentis, nulla ꝓbatione euidente, nullo syllogismo demõstrante, nec ullo humanæ rationis discursu possit deprehendi, nisi sola fide: quam qui habet, is ab Aristotele in priorũ resolutionũ lib. dr̃ melius dispositus, quàm si esset sciens: q̃d exponens Philoponus ait, id esse melius cognoscentem quam per demonstrationẽ quæ per causam fit. Et Theophrastus in suis transnaturalibus sic ait: Vsq; ad aliquid quidẽ possumus p causam speculari, principia à sensibus sumentes: quando aũt ad ipsa extrema & prima transierimus, non amplius possumus scire, siue quia non habemus causam, siue propter intellectus nostri infirmitatem. Et Plato in Timæo ait, quod illa explicare plus est, quam uires nostræ sufficiant, sed credi iubet ijs qui ante dixe-

Scientia nihil pestilentius.

Veritas.

runt quamq̃ nulla demonstrationis necessitate loquãtur: fuerũt eñi Academici philosophi in p̃cio, q̃ dixerunt nihil posse affirmari: fuerunt Pyrrhonici, & alij multi, q̃ quidẽ nihil affirmabant: Nihil itaq; præcipuũ habet scientia supra ipsum credere, ubi uidelicet, p̃bitas autoris mouet discipulorum liberã credendi uolũtatẽ. Hinc Pythagoricũ illud p̃sumtũ le magistro respõsũ, ipse dixit. Et Peripateticorum illud uulgatũ prouerbiũ, Vnicuiq; perito in arte sua credendum est. Sic creditur grãmatico de uerborũ significatiõibus. Credit dialecticus de parte orationis a grãmatico accepta. Assumit à dialectico rhetor argumẽtatiõis locos. Poeta mẽsuras mutuatur à musico. Geometra proportiones sumit ab arithmetico. Astrologus utrisq; fidem dat. Deinde trãsnaturales cõiecturis, utũtur naturalium, & quisq; artifex recte p̃sumit de statutis alterius. Habet eñi q̃uis scientia certa q̃dã principia quę credere oporteat, nec ullo mõ queant demõstrari: q̃ si quis p̃tinacius negare uelit, non habent philosophi illi q̃ cõtra illum disputent, moxq; dicent contra negantem principia non esse disputandum, aut ad alia quædam extra sciẽtię metas relegabunt: ut si q̃s (dicũt) neget ignem esse calidũ, proijciatur in ignem, & q̃ratur ab eo quid sentiat. ita demum ex philosophis tortores fiunt & carnifices, uolunt nos ui cogere fateri id quod ratione debuerant docere. Proinde nil rei publicæ infensum ac p̃nitiosum magis q̃ literę, q̃ scientiæ, in qua si qui eruditione & scientia p̃diti sunt hõies, eorũ arbitrio, ueluti plus sapiẽtię, plurimum res gerunt, ac plebis simplicitatũ

multitudinisq; imperitia freti, oēm magistratus autoritatem sibi soli usurpant, unde rei publicę status à populari in oliarchiā migrat, atq; exinde in factiones diuisa, in tyrannidē facile transit, quam nemo unq̃ uspiam terrarũ obtinuisse legitur sine scientia, sine doctrina, sine literis, præter unum L. Syllam dictatorem, qui solus sine literis rempublicam occupauit, in quo tñ literarũ ignorãtiæ uel hoc respublica maxime debet, quod tyrannidē spõte tandem deposuerit. Præterea oēs scientiæ, nil nisi decreta & opiniones hoīm sunt, tam noxiæ q̃ utiles, tam pestiferæ quā salubres, tā malę quā bonę nusquam completæ, sed & ambiguæ, plenæ erroris & contentiōis, aeq; id nunc ita esse per singulas scientiarum disciplinas progrediendo ostendemus

De *literarum elementis.* Cap. II.

NAm in primis quis non uidet bñ dicendi artes, dico grammaticā, logicam, rhetoricam, quæ solum uestibula ac fores scientiarum sunt, non aũt scientiæ. sepe nõ minus pestilitatis adferre quā uoluptatis, quib9 tñ nulla alia ueritatis regula est, quā primorũ quorũcunq; instituentiũ placita atq; uoluntas, quod ab ipsis usq; literarum inuētis, quę prima artiũ illarum elementa instrumentaq; sunt, plenissime constat: quarum primę fuerunt Caldęæ, inuentore Abraamo, ut ait philo, quibus Chaldæi Assyrij & Phœnices usi sunt: sed sunt qui aiũt Assyrijs primum literas dedisse Rhadamanthum. Post has Moyses literas tradidit Iudæis, forte nõ quidē characteribus quibus hodie utuntur, quæ inuentã putantur Ezræ, quem omnium fere ueteris instru-

menti librorũ scriptorẽ existimãt. Porro q̃dam Linus Chalcides literas ex Phœnice tulit ad Græcos, sed phœniceas: donec Cadmus Agenoris filius alio charactere illis nouas literas daret numero sex decim, q̃bus Troiano bello quatuor addidit Palamedes. Postea totidem Simonides Melicus. Aegyptijs autem primum scribendi usum tradidit quidam nomine Mennona per animalium effigies, ut in obeliscis cernitur, sed literas illis primum dedit Mercurius, ille uidelicet, quem Lactantius ait quintum Mercurium fuisse, cui Vulcanus Nili filius successit in regnum. Latinis uero literas tradidit mulier Nicostrata, cognomento Carmẽtæ. Septem itaq; literarum genera antiquitus præcellebant, Hebrææ, græcæ, Latinæ, Syriæ, Chaldææ, Aegyptiæ & geticæ, de quibus in peruetusto codice hos sequentes uersiculos sese legisse refert Crinitus:

Moyses primus hebraicas exarauit literas,
Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas,
Quas Latini scriptitamus, edidit Nicostrata,
Abraam Syras, & idem repperit Chaldaicas,
Isis arte non minore protulit Aegyptias,
Galfila prompsit Getarũ quas uidemus ultimas.

Cæteræ uero gentes & barbaræ natiões recentioribus tẽporibus nouas literas inuenerunt. Nam Gothis Gordanus episcopus literas dedit, & antiqui Franci q̃ sub Marcomiro & Pharamundo gallias deuicerũt, suos habuere literarũ characteres a græcis parum distãtes, quibus Vuastaldus eorũ patrio sermone descripsit historiã, sed inuentore illarũ literarũ incerto: extant etiam aliæ Francorũ literæ,

quarum inuẽtor q̃dam noĩe Doracus, sed a Vuastal di charactere lõge diuersæ, & adhuc aliæ inuentore Hicho Franco, q cum Marcomiro ad ostia Rheni uenit e Scythia. Quin & Beda aliq̃s descripsit, sed incerto inuẽtore, aliq̃rum Normannorum literas. Et multæ aliç gẽtes simili mõ uel nouos sibi literarũ characteres cõstituerunt, uel ab antiq̃s acceptos, ꝑ parte aut immutarunt, aut corruperunt, ut Dalmatæ grçcas, & Armenij Chaldæas: at Gothi Lõgobardiq́; latinarũ literarum characteres dehonestaue runt. Multæ pterea antiquæ literæ pierunt, sicuti ueterum Hetruscorũ, q̃ tñ olim Plinio Liuioq́; testibus magno in pcio fuerũt apud Romanos. & adhuc cernunt in antiq̃s monumẽtis harum effigies, sed penitus incognitæ: nã Romanis olim orbẽ terrarũ uastantibus, obsoletis antiq̃s & cuiusq; natiõis proprijs, suarũ usum literarum illis uiolent imponebãt. Sic Hebræorũ literæ sub captiuitate Babylonis perierunt, & lingua eorũ à Chaldæis corrupta est. Sic antiq̃ germanorum, Gallorum, Hispanorũ & aliarum nationum literæ introductis Romanis characteribus pierunt, linguæq́; earum gẽtium corruptç & immutatæ sunt. Cõtra Romanorum & literç et lingua à Gothis, Lõgabardis, Frãcis, alijsq́; barbaris gentibus uiceuersa corrupta sunt & immutata, neq; enĩ latina lingua ea ipsa est hodie quæ olim, & de Hebræa lingua & characteræ inter ipsos thalmudistas non modica dissentio est: nam Rabi Iehuda ait protoplastum Adamum Aramæo idiomate locutum. Marsutra ait traditam à Mose legem charactere qui dicitur Hebræo, idiomate uero san-

cto, quæ ab Esdra in Aramęũ idioma Assyriosq́ characteres mutata, paulopost characteres retinẽs Assyrios, sanctũ idoima resumpsit, Hebræo chara ctere cũ Aramæo sermone relictis Chusi, hoc est, ijs qui simul legem susceperunt, & idola colunt, ut Samaritę. Alij dicunt nõ alijs à primordio quã nũc characterib9 sumptã fuisse legem: ꝓpter ꝑuaricationem autem aliqñ mutatum fuisse characterem, sed post pœnitentiam restitutum. Rabbi Simõ, Elc azaris filius, & sermonem & characterem nullo tp̄e mutatũ putat. adeo de Hebraicis ne apud ipsos Hebręos quidem aliquid habetur certi. atq; hęc est temporum uicissitudo, ut nullę sint literę, nullę lin guæ q̃ hodie formam antiquitatis suæ agnoscant aut intelligunt.

DE GRAMMATICA. CAP. III.

AT ex his tam inconstãtibus & ad omne tem pus mutabilius principijs, literarum dico & linguarum, prior grammatica, deinde cæteræ q̃s diximus bñdicendi artes prodiere, nam cum parum uisum esset literas scire, nisi certo gradu formaque iungerentur, atq; ex literis syllabæ, ex illis tandem uerba & dictiones formarent̃, sibiq; ad intelligen tiã sermonis iũgerent̃, ausi sunt ingeniosi hoĩes loquendi regulas, uidelicet constructus, regiminis & significatorũ, ponere, ac uelut linguę frenum inijcere, ut quicquid secundum illas diceret̃, bñ dictum esset, essetq; ars bñdicẽdi, uocaruntq́ artem hãc grã maticã: ei9 inuẽtor apud Gręcos prim9 tradit̃ Prometheus, Romam primus intulit Crates Mallotes, missus ad senatum ab Attalo, inter secundum & ter

tium bellum Punicũ, quã postea magno fastu professus est Palæmon. adeo ut nomẽ arti indiderit, uo ceturq́ grammatica ars Palęmonia, uir admodum arrogãs, ut iactaret secũ & natas literas & in eritutas, tamq́ superbus, ut omnes æui sui doctissimos uiros contemptui haberet: etiã ipsum M. Varronem porcũ appellare ausus sit. Veruntamẽ ipsa Latina grãmatica, tã egena est, ac Gręcæ literaturę obnoxia, ut qui hanc nõ calleat, is e grammaticorum numero protinus sit eijciendus. Oĩs itaq; literaturę seu grãmaticæ ratio, nõ nisi in solo usu maiorum, autoritateq́ consistit, quibus placitũ est, ita rẽ uocari, sicq́ scribi, uerbaq; sic & sic cõponi & cõstrui, q̊d ipsi tunc bñ dictum uocant. Vñ Grammatica se rectè loquendi artem iactat, sed falso, cũ idipsum longe melius discimus à matribus, aut nutricibus mulierculis, quã à grammaticis. Gracchorum linguam (qui eloquẽtissimi sunt habiti) mater Cornelia formauit. Silem Aripithis Scythiæ regis filium Istrina mater græcam linguam docuit. Notum est in multis prouintijs exterarum gentium colonias inductas, natos filios matrum sermonem semp tenuisse. Hinc Plato atq; Quintilianus de deligenda pueris nutrice idonia, tam solicite statuerũt. Absit ergo, ut hãc recte loquẽdi rationẽ ab illis in grammatistas transferamus, qui cum nihil præter unam grãmaticã profiteanť, nihil sciunt min9. Siquidem Priscianus hanc nec toto uitæ suæ tpe discere potuit: & Didymus de ea q̃tuor, siue, ut alij dicũt, sex milia librorum scripsisse perhibeť. Legimus Claudium Cæsarem ita fuisse græcis literis deditum, ut

tres literas nouas illi lingue adinuenerit, quas post ea princeps nō omisit. Et Carolus ille magnus Germanicæ linguæ grammaticam cōmentus est, mensibusq; ac uentis noua noīa indidit. Et in huncusq; diem, dies noctesq; laboratur, scribuntur cōmentaria, elegantiæ, questiones, annotationes, scholia, obseruationes, castigationes, centuriæ, miscellanea, antiqtates, paradoxa, collectanea, additiones, lucubrationes, iteratę ac reiteratæ editiones. Atq; interim parturiunt nobis totidem grammaticæ, quot sunt grammatici. Neq; tamen quispiam illorū siue grecus, siue latinus fuerit, rationem reddidit quō orationis partes distinguendæ sunt, quis illarū in constructione seruādus ordo: an quindecim duntaxat sint ꝓnomina, ut sentit Priscianꝰ, an plura, ut Diomedes & Phoca uoluerunt: an participium per sese positum, remaneat aliquādo participium, vtrum gerundia nomina sint, an uerba. Cur grecis neutri generis pluralia nomina cū uerbo singularis numeri coniugant, Qua ratione liceat latinis noīa terminata in à & in us, proferre in um, sicut ꝓ margarita margaritum, pro punctus punctum. Quomodo nominatiuus Iupiter ꝓducat genitiuum Iouis. Atq; qua ratione uerba neutralia alij admittunt, alij excludunt. Cur plerasq; latinas dictiōes alij cum greca diphthongo scribunt, alij nō, ut fœlix, quæstio. Atque an latine æ & œ diphthongi scribantur tantum, & non proferant, aut ambæ uocales sicut scribuntur, ita sub una syllaba exprimantur. Similiter cur in latinis plerisq; uocabulis, aliqui y greco, alij i latino solummodo utantur, sicut in considero,

Item in aliquib9 quidã duplicant literas, quidã nõ, ut in caussa, relligio. Cur caccabus, cum habeat primam syllabã positiuè geminati cc productã, nihilominus à plerisq; poetis ut plurimum corripiatur. Item utrum Aristotelis anima scribi debeat endelechia per delta, uel entelechia p tau. Prçterea infinitas & nunquã cessaturas eorũ cõtentiones de accentibus, de orthographia, de ꝓnunciatione literarum, de figuris, de etymologijs, analogijs, deq; cæteris ꝓceptionibus & regulis, & inflexionibus & modis significandi, de mutatione casuum, uarietateq; tẽporum, modorum, personarũ, numerorum, deq; uarijs impedimentis, & ordine cõstructionis. Deniq; de ipso literarum latinarum numero ac genealogia: et utrũ H sit litera, nec ne, & huiusmodi plura. Ita non solum in dictionibus & syllabis, sed & in elemẽtis nulla ratiõe reddita a se inuicem dissentiũt. Cuiusmodi pugnã Lucianus Samotensis de S & T cõsonantibus lepidissimo libello derisit, cuius exemplũ esse potest in thalassa & thalatta. Quidam etiã Andreas Salernitanus de ea re grammaticale bellũ studiosa facundia descripsit Sed pauca & modica hçc sunt. Plura & maiora de nominũ deprauatis interpretationibus dicere possemus: quibus uniuerso orbi plurimum imponunt. E quibus primum in republica nõ minima mala procedunt, dũ legib9 subijci, seruitutem exponunt: ciuium autem libertatem interpretantur eam, ubi unicuiq; licet quod libet: ac isonomiam, hoc est, iuris æqualitatem dicunt, ubi omnibus in discretim idem ius, idem honos, idem prçmium. Simili modo tranquillũ imperium aiũt,

Lucia. in iudicio uocaliũ.

ubi omnia principis libidini obſecundant: feliciſſimum, ubi populus luxu defluit & ocio. Similibusq; admodum multis, & medicina, & leges, & canones corruptę ſunt expoſitionibus, quibus cogunt ipſas etiam ſacras literas, ipſumq; Chriſtum à ſe diſſentire. cōtorquentes illas nō ad ſenſum ſpiritusſancti, nec ad cōmunem hominū ſalutem, ſeb ad ſuum ipſorum compendium. Ex qua re ſæpe grauiſſima imminerunt pericula, ut ſolet error in uocabulis, errorem parere in rebus. Cuiuſmodi deceptus quondam rex primus Hebræorū Saul in uerbo Zobar, quod & maſculū ſignificat & memoriā: cum dixiſſet deus, delebo memoriam Amelech, ipſe Saul putabat ſi mares abſtuliſſet, ſe ſatisfeciſſe pcepto. Cōtigit & Gręcis & Italis ſimilis error in uerbo Phos, q̄d & hominem ſignificat & lumen. Vnde quōdam Saturnalium cultores, uerbi ambiguitate decepti, hominem quotannis Saturno immolarunt, dum illum accenſis luminibus æque placare potuiſſent. Quæ gēs tam ſtulta, tandem Hercule magiſtro reſipuit. Tandem etiā theologi, & fratres cucullati, ſeſe grāmaticis inſerentes, de uerborū ſignificationib9, cum multis hęreſum appendicibus digladiantur, euertentes ſcripturas occaſione grāmaticæ, interpretes mali effecti eorum q̄ bene dicta ſunt: hoies uani, & uere infelices, per artem ſuam ſemetipſos excæcātes, fugientes lumen ueritatis: & dum uirtutem dictionum curioſe nimis ſcrutātur, ſenſum ſcripturarum nolunt intelligere: ſed nuda uocabula tenentes circa illa morantur, ſubuertentes, & amittentes uerbum ueritatis. Sicut narratur de ſacrificulo illo, ſiue ue-

rum siue fabula sit qui cum plures haberet hostias, ne in grãmaticam cõmitteret, in hæc uerba cõsecrauit: hęc enim sunt corpora mea. Vnde nam orta est illa Antidicomarianitarũ & Eluidianorũ execranda hæresis, diuę Christi matris perpetuã uirginitatẽ negantium, nisi ex hoc vnico vocabulo Donec, ubi legitur in euangelijs, quoniam Ioseph non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Ad quantam latinæ cum græca ecclesia contẽtionem cõcitarunt duæ illæ dictiones ex & per. Latinis asserẽtibus spiritum sanctum procedere ex patre & ex filio, Gręcis autem dicentibus non ex filio sed ex patre per filium? Quantas rursus tragœdias mouit dictio illa, nisi, in concilio Basiliensi? Bohœmis utriusque speciei cõmunionem necessariam adfirmantibus, quia scriptum sit: nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Vnde nam illa Valdensiũ & sequacium, recentiorumque circa Eucharistiam hæresis? nisi ex illa dictione, est, quam illi symbolice ac significatiue duntaxat dictam uolunt, tropumque subesse uerbis, Romana ecclesia illam essentialiter exponente? Sunt adhuc aliæ grammaticorũ perniciosæ hæreses, uerum tam occultæ, tamque subtiles, ut nisi Oxonienses acutissimi Anglorum theologi, atque Parrhisiensium Sorbonistæ, lynceis oculis has perspexissent, magnisque sigillis condemnassent, uix aliquis posset præcauere. Eiusmodi sunt, si quis æque bene dictum senserit, Christus prædicas, Chrs prædicat, Ego credis, tu credit, credẽs est ego. Item quod uerbum manens uerbum, potest priuari omĩbus accidentibus. Item quod nullum nomẽ est ter

tiæ personę & his similia. Que profecto si hæreti ca dici debeãt, hęretici erunt inprimis ꝓphetę Isai as & Malachias, quorũ uterq; inducit deũ de seipso loquentẽ. prior ad Ezechiã his uerbis: Ecce ego ad det sup dies tuos &c. non eñ dicit addam, sed addet. Alter sic, & si dñi ego, ubi est timor meus? quo in loco facit deũ plurariue se appellarę dominos, sed multo magis hæretici erunt oẽs, qui nunc per uniuersum Romanum orbem habentur theologi, quatenus uniuersam orthodoxę ecclesię doctrinam nouitate pronunciationis contra omnem grammaticorum artem ac usum ad confictas uoces, monstrosa uocabula, & ꝑplexa sophismata protraxerunt: ausi insup docere theologiam ipsam incorrupto sermone tradi non posse. Sũt infinita horum similia, & miserãdũ est ętate nostra, quantas contentiones & errores moueant pertinaces grãmatici & superbi sophistę, suis peruersis uocabulorum interpretationibus, dum alij ex uerbis colligunt sententias, alij contra ex sententijs colligunt uerba. Hinc in medica arte, in utroq; iure, in philosophia & theologia, cęterisq; facultatibus literarum infinitæ contentiones erroresq; quotidie insurgunt. Nihil enim demonstrant grãmatici, sed solis nituntur autoritatibus, q̃ sæpissime inter se tam uariæ sunt atq; discordes, ut necessarium sit plurimas illarum esse mendaces, quarum præceptionibus qui maxime confidunt, hi recte loquuntur omnium minime. Omne enim sermonis ius non apud grammaticos, sed penes populum existit, & uulgari cõsuetudene bñdicendi usum sortitur. Latini autem sermonis uigor postquam

inualeſcentibus barbaris apud populum eſſe deſie-
rit, eius ratio tamen nō a grammaticis, ſed idoneis
& doctis ſcriptoribus, uti a Cicerone, Catone, Var
rone, utroq; Plinio, Quintiliano, Seneca, Suetonio,
Quinto Curtio, Tito Liuio, Saluſtio, ſimilibusq;
eſt petenda: quos penes ſolos reſtant antiquæ deli-
ciæ latininatis, uſusq; recte loquendi, non apud grã
maticos literatores, qui ſuis regulis de uerborum et
caſuum inflexionibus, compoſitionibus, & deponen
tijs, ipſi latinitati plurimum imponunt, ac talia ſæ
piſſime conſtruunt uocabula, quæ fas non ſit homĩ
ni latino uſurpare, niſi forte Parrhiſienſis Sorbo-
na inter articulos referat. Si quis dicat de ueritate
ſermonis latini fidem grammaticis non habendam,
atq; tamē hi literatores grammatici ſeſe ſolos ſcri
ptorum omnium cenſores, iudices & interpretes cō
ſtituunt, ac autores omnes librosq; in ordinem redĩ
gere, aut e canone ſubmouere ſibi arrogant: nullus
unquam tam excellentis ingenij autor extitit, qui
maledicam iſtorū linguam euaſerit, quem nō taxa-
uerint, aut in quo non plurimum culpauerint. Cri-
minantur in Platone confuſionem, & ordinem deſi
derant, de cuius uitiis Georgius Trapezuntius li-
bros compoſuit qui ab aliis, idcirco Conotimon et
Etynim uocatus eſt, ut narrat Crinitus. Quærunt
in Ariſtotele dilucidam perſpicuitatem, arguunt te-
nebroſam eius obſcuritatem, & ſepiam uocant: tax-
ant Vergilium, ut pauci ingenii, & compilatorem,
aliorumq; uſurpatorem criminantur. Tullio non ſa
tisfacit Demoſthenes, & ille ſummus latinorū rhe
tor a Græcis repetundarum petitur, & multis no-
tis accuſatur, timidus, ſuperfluus in repetitioni-

bus, frigidus in facetijs, lentus in pricipijs, ociosus in digressionibus, raro incallescēs, tarde assurgēs quin & à nostris etiā reprehēsus, à M. Capella tāq̄ turbato numero locutus, ab Appollinari flaccidꝰ & supinus notatus est: iamq̄ etiam Liuianas oratiões Trogus ꝓ fictis dānat, & Horatio nō placet Plautus, idem ab incōpositis uersibus damnat Lucilium ut turpidum flumen nullis bene digestis multa dicitur inuoluere Plinius, nimium fertur indulgere genio Ouidius, ab Asino Polione ꝓ affectatore reprehēditur Salustius: furto & aliena ꝓ suis recitasse, & à Labeone & Scipione adiutus arguitur Terētiꝰ, Seneca calx sine arena uocatus est, quem his uerbis taxat Quintilianus: Si nullum æqualiū cōtempsisset, si partim non cōcupisset, si nō sua oīa amasset, si rerum pondera minutissimis sententijs nō fregisset, sensu potius eruditorū, q̄ puerorū amore comprobaretur. sed & M. Varro porcus appellatus est, & Ambrosius cornicula & fabulator nuncupatus, Macrobius hō eruditissimus, impudētis & ingrati ingenij taxatus: & ab Laurētio Valla grammaticorum oīm eruditissimo, nullis eorum qui unq̄ latine scripserunt, indultū est, & illū laniauit Mācinellus. Erat olim inter grammaticos de lingua Latina bñ meritis Seruius, & hunc impugnauit Beroaldus, tādem & hunc posteriores grāmatici ueluti barbarū omnino auersantur. Sic grāmmatici omnes alter in alterū furere soliti sunt: deniq; horū opa factū est ut sacræ scripturæ traductio correctionis prętextu, toties immutata, iā tota à seipsa dissonet, horum censuris de Apocalypsi Iohannis apostoli, de episto

la Pauli ad Hebræos, de epiſtola Iudæ & alijs ple riſque noui teſtamenti capitulis diu dubitatum eſt, quin & euangelia ipſa ad problemata reuocare co nati ſunt, ſed iam ad poetas.

De poeſi. Cap. III.

POeſis ipſa autore Quintiliano, altera grãma ticæ pars eſt, hoc ipſo non modicum ſupba, ꝙ olim theatra & amphitheatra auguſtiſſima homi num ædificia, nõ philoſophis, nõ iuris cõ ſultis, nõ medicis, non rhetoribꝰ, nõ mathematicis, non theo logis, ſed ipſis poetarũ fabulis ingentibus ſumpti bus extructa ſunt. Ars non in aliud inuẽta, niſi ut la ſciuientibus rythmis, ſyllabarũ numeris, ac ponderi bus, nominumꝗ inani ſtrepitu, ſtultorum hominũ aures demulceat, ac fabularum oblectamentis, men daciorumꝗ centonibus decipiat animos. Quocirca architectrix mendaciorum & cultrix peruerſorum dogmatũ dici meruit: atꝗ ut quod ad furorẽ, & te mulentiam, & impudentiam, & audaciam attinet, il li condonemꝰ, certe inter ttitã illã mentiendi fiduciã qs ęquo animo ferret? quem enim angulum inſanis nugis fabulisꝗ reliquit uacuum? Iam enim ab ipſo chaos faciẽs exordia fabularũ, narrat cęli ſectiões, Veneris partus, Titanum pugnã, Iouis incunabula, Rheę fraudes, & lapidis ſuppoſitiões, Saturni uin cula, gigantũ rebellionem, Promethei furtum atꝗ ſuppliciũ, Deli errores, Latones labores, Pytonis cædem, Tytii inſidias, Deucalionis inundationes, hoïmꝗ ex lapidibus ortum, Iacchi dilaniationes, Iu nonis dolũ, Semeles conflagrationẽ, Bacchi utrãꝗ

stirpē, & quæcūq; de Minerua, Vulcano, Erichthonio, Borea, Orichia, Theseo, Aegeo, Castore, Polluce, raptu Helenę, & morte Hippolyti, in fabulis Atticis referunt. Præterea errationem Cereris, raptā & inuentam Proserpinam, & q̄cunq; de Minoe, de Cadmo, de Niobe, de Pentheo, Attęo, Oedipode, de Herculis laborib. de solis & Neptuni pugna, Athamantis insania, de Io in uaccā mutata, & eius custode Argo à Mercurio perempto, & q̄ de uellere aureo, Peleo, Iasone, Medæa. Itē de Agamēnonis morte, & Clitemnestræ supplicio, & q̄ de Danae, Perseo, Gorgane, Cassiopea, Andromeda, Orpheo, Oreste, de Aeneæ & Vlissis errorib. de Circe, Thelagonio, & Aeolo, Palamede, Nauplio, Aiace, Daphne, Ariagne, Europa, Phędra, Pasiphae, Dędalo, Icaro, Glauco, Atlāte, Geryōe, Tātalo, de Pane, Cētauris, Satyris, Syrenib9, & reliqs huiusmodi insignib9 mendacijs memoria ꝑdidit. Nec interim hūanes reb9 cōtenta, ipsos deniq; deos, in fabularum suarū partem uocat, eorū ortus, interitus, lites, iurgia, odia, iras, ꝑlia, uulnera, lamentationes, uincula, amores, lenocinia, libidines, fornicationes, adulteria, cum hoïbus & bestijs concubitus, & quæ his absurdiora & nefanda magis uenenosis uerborum leporibus, & noxia carminis suauitate texens, non p̄sentes tm̄ fallit ac inficit, sed furiosa hæc ueneficia, pulchris uersiculis metrisq; seruata, etiam posteris cōicat, & tanq̄ rabidi canis morsu quoscūq; dogmatib. suis mendacijs semel infecerit, cōsimili rabie furere cōpellit. Tanta em̄ arte mendacia eius cōficta sunt, ut nō raro ueris ꝑiudicent histo-

rijs. Quēadmodum de ementito Didonis cū Aenea adulterio, atq; capto à Græcis Ilio, manifestū est. Sunt tñ qui ad tantū insaniæ furorē deuenerint, ut illi nonnullas diuinitatis sortes inesse putēt, qui dæmones olim poeticis uersiculis responsa dederūt: hinc illos ꝓphetas ac uates, diuinoq; spiritu afflatos uocāt, ac poetarū nugacissimis uersiculis tanquā oraculis ad diuinādum utuntur. Hinc apd' priscos sortes Homericę cognominatæ sunt, ab Homeri uersiculis: sicut à Vergilij carminib. sortes Vergilianæ, q̄rum in uita Adriani meminit Spartianus. Quæ superstitio hodie & ad sacras literas, & psalmorum uersiculos trāslata est, etiam nō improbantibus plerisq; nr̄æ religionis magistris nr̄is. Sed ad poesim reuertamur. hanc Aug. a ciuitate dei exulare iubet, ethicus Plato à sua republica expellit, Cicero admitti uetat, Socrates admonet, si cui fama mexime curæ est, illamq; seruare cupiat illæsam, is caueat ne poetam aliquem inimicum habeat: q̄a non tam magnā in laudando, quam in maledicēdo & uituperando uim habēt. Minos rex iustissim9 abs Hesiodo & Homero celebratus, q̄a Atheniensib9 bellū intulit, tragicos poetas in se concitauit, q illum apd' inferos relegarunt. Penelopē abs Homero singulari pudicitia illustratam, Licophron aliquot ꝓcis concubuisse scribit. Didonē Carthaginis conditricē continētissimam uiduā, Enni9 poeta Scipionis gesta decantans prim9 Aeneam adamasse finxit, quē tñ ex rōe tpm uidisse unq̄ nō potuit: q̄d mēdaciū Vergili9 deinde sic ornauit, ut ꝓ uera creditū sit historia. Tandē eo usq; hæc mētiēdi licētia maledi

Poesis diuinitatis sortes falso attribuitas.

Poesis tollenda e repub.

Cæsaruz lex in poetarum licentiam.

cēdiq; improbitas ꝓcessit, ut necesse fuerit legē illis p censores pscribere, q̄ eiusmodi poetarū ꝓbra atq; mēdacia reprimerent. Sed & apud priscos Romanos ipsa poesis palā ꝓbro habebat, atq; adeo, ut (Gellio & Catone testib9) q in illa studeret, publicus grassator uocaret: quin & à M. Catone ob id taxatus fuit Q. Fuluius, q̄d ꝓcōsul miss9 in Aetoliā, Enniū poetā secū adsumpserit. Et imperator Iustinianus illius ꝓfessores nulla ꝓrsus immunitate dignat. Homerū etiā, quē oīm poetarū philosophum, & oīm philosophorū poetā uocant, ueluti insanientem, quinquaginta drachmis Athenienses mulctauerunt: & Vichteū poetā ueluti mentis inopē deriserūt: q̄n et Lacedæmonij Archilochi poetæ libros è ciuitate sua exportare iusserūt. Sic poesim ipsam ꝓbissimi quiq; tanq̄ mendaciorū parentē aspernati sunt, poetis adeo monstrose mentientibus: quippe qbus studium est nihil sani dicere aut literis ꝓdere, sed cū sarcinatis uersiculis, stultis aurib9 cātillare, & fabularum inuolucris perstrepere, & sup fumo machinari omnia, sicut alicubi cecinit Campanus:

Viuunt carmine insani poetæ,
Si nugas adimas, fame peribunt.
His mendacia sunt opes & aurum,
Fingunt quæq; uolunt, putantq; palmam
Mentiri bene gloriosiorem.

Sunt pterea apud poetas acerrimæ cōtentiones, non solum de carminis charactere, de pedib9, de accentibus, de syllabarū quātitatibus: nā de ijs etiam triuiales q̄q; grāmatici cōcertant, sed de ijs ipsis suis nugis, figmētis atq; mendacijs, ut puta de nodo Her-

cu'is, de casta arbore, de literis hyacincti, de filijs Niobæ, de arboribus apud q̃s Latona Dianā pepe rit. Itē de Homeri patria, deq́; eius sepulchro, atq; utrū Homer9 an Hesiodus ætate supiori sit, an Patroclus antiqor Achille, q̄ corporis habitu Anacharsis Scytha dormierit, cur Homerus non honorauerit carmine Palamedē, utrum Lucan9 inter poetas aut historicos reponendus sit. Item de furtis Vergilij, & quo anni mense mortuus fuerit, & quis

Exiguos elinguos immiserit autor,

Grāmatici certāt, & adhuc sub iudice lis ē. Oia autē poetarū carmina plena fabulis sunt, nō nisi sub adulatiōis, aut detractiōis pessimorū uitiorū ꝑtextu ad stultorū delectationē decātata. Quicqd agūt poetę narrēt, laudēt, inuocēt, fabulis suis adiutant. Rursusq; inuehāt, mordeāt, accusent, fabulis debacchantur, sp̄ uero insaniūt. Recte igit Democrit9 hanc nō artē, sed insaniā uocat. Et Platonis sententia est, frustra poeticas fores cōpos sui pepulit: Tūc siqdem admiranda canunt poetę qñ uidelicet insaniūt, aut temulēti sunt. Hinc August. poesim uocat uinū erroris, ab ebrijs doctorib. ꝓpinatū. Hiero. eā dæmonū cibū appellat. Ars insup ꝑtenuis & nuda, q̄ ꝑ se quidē tota insulsa res est, nisi alia quauis disciplina uestiat̃ condiaturq́; ars esuriens sempq́; famelica, & tanq̃ murus alienum panē comedens, atq; tñ nescio q̃ inter nugas & fabulas cū Tithonis cicadis, Lyciorum ranis, & Mirmidonum formicis polliceri audet immortalem gloriam nominis ac dicere:

Viuite felices, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori uos eximet æuo.

Quę reuera, aut nulla ē, aut nihil ꝓ futura. Sed hoc munꝰ dicent historici non poetarum, sed suum esse.

De historia. Caput V.

Historia

EStaūt historia rerū gestarū cū laude aut uituperio narratio, q̄ magnarū rerū consilia, actiones, exitꝰ, regūq; & magnorū uirorū actus, cū temporū & locorū ordine ac descriptione tanq̄ uiua q̄dam pictura ante oculos exponit, ideoq; hanc tanq̄ uitæ magistram & ad eius institutionē utilissimam censent ferme oēs, eo ꝙ multarū rerum exemplis cū optimos quosq; ob laudis noisq; immortalē gloriam, ad p̄clara q̄q; facinora accendat, tum ꝙ impios q̄sq; ac prauos ꝑpetuæ infamię metu, à uitijs deterreat, q̄uis res hęc sępissime in diuersum cesserit, & multi ꝙ Liuius dixit de Mālio Capitolino, malint esse famæ magnæ q̄ bonæ, & pleriq; q̄d uirtutibus nequeunt, sceleribꝰ innotescere uolunt, inscribiq; historijs, quemadmodum de Pausania Macedōe adolescēte Philippi regis parricidio illustri, ex Trogo recitat Iustinꝰ, atq; de Herostrato, q̄ Dianæ Ephesiæ templū opus oīm p̄clarissimum à tota Asia annos ducentes ædificatum incēdit, narrāt Gellius, Valeriꝰ, atq; Solinꝰ. Et quanq̄ seuerissimis legibꝰ cautum fuerit, ne quis hoiem illum uoce scriptove nominaret, finem tñ, cuius gr̄a ꝑpetrauit scelꝰ, adsecutus est: fama uidelicet & noie eius per tot secula ad nos usq; deductis: sed ad historiā reuertamur. Hæc cum maxime oīm rerū seriem, fidem, cōsonantiam, ueritatemq; exposcat, illa tñ minime oīum p̄stat, tā inter se dissentiunt historiographi, tā uaria & di

Historia/rū nates

uersa de eisdē trahūt, ut impossibile sit plurimos illorum nō esse mendacissimos: non dico solū de principio mundi, de diluuio uniuersali, de urbe condita, à qbus exordijs res gestas sese scribere profitent, cum primum illorum omnes ignorent, alterum nō oēs credunt, tertium penes eos incertū sit. Quare cum hæc remotissima sint, nec æqua ratione ab omnibus recepta habeant erratorū illorū ueniā. Sed de posteriortbus temporibus haud poterit illis nō imputari mendaciorū culpa: causæ aūt tantæ illorum dissonantiæ multæ sunt. Nam pleriq; eo quod narratorum temporibus, locis, personis, gestis, nō adfuerunt, ex aliorum relatu populares sermōes colligentes, nihil certum, nihil cōstās scribunt: q̄ uitio à Strabone taxant Eratosthenes, Metrodorus Scepsius, Posidonius, & Patrocles geographus. Sunt alij q cum partem rerum uiderint, q̄ si in transitu militari, aut prætextu uotorum mendici p xenodochia puincias transcurrentes, cōscribere audēt historiā, cuiusmodi quondā Onosicritus & Aristobulus scripserunt de India. Sunt q delectationis causa rebus ueris nonnihil admentiunt, sæpe etiā ueritatē omittentes, de q̄ Herodotum notat Diodorus Siculus, ac Trebellium Liberianus & Vopiscus, atq; Tacitum Tertullianus & Orosius, in q̄rum numerum etiam Danudē & Philostratū reponemus. Sūt etiam q res ueras ad fabulas cōuertūt, q̄les Gnidius, Ctesias, Hecatęus, & plures alij antiquorū historici. Sūt & multi q impudenter historiographorum nomine se iactantes, ne uideantur quicq̄ ignorare, aut aliquid aliud ab alijs retulisse, dum de ignotis & inaccessis

Causæ mēdaciorū in historiis.

prouincijs uerbosa nouitate scribere p̄sumpserunt, nil nisi elegantes nugas & monstrosa mēdacia, trā/diderunt. Cuiusmodi ea q̄ de Arimaspis, gryphis, Pigmæis, & gruib9, ac de Gynocephalis & Astro/moris, Hippopodibus, Phanisiis, Troglodytis legimus: quorū erroribus proximi sunt, qui sub arctico mare cōgelatum affirmarunt, atq; tamen inueniunt stultos & sine iudicio homines, q illis talia credant, ac pro oraculis habeant: at ex horum numero sunt Ephorus, q unam dūtaxat ciuitatem esse Hibernis tradidit, cum illi tantam Hesperiæ partem inhabitare noscuntur. Et Stephanus Græcus, qui Francos Italiæ populos, & Viennam oppidum esse Galilę æ pro Galatiæ dixit. Et Arianus græcus, qui Germanorum sedes nō procul ad Ionio asserit, quib9 accedit & Dionysius in his quę falso tradidit de Pyre/næis montibus. Præterea quæ Cornelius Tacitus, Marcellus, Grosius, Blōdus de Germanię locis disserunt, magna ex parte à ueritate discrepant. Similiter falso scribit Strabo lustrū, hoc est, Danubium non ꝓcul ab Adriatico oriri, & Herodotus eundem ab hespero fluere, & apud Celtas, qui oīm in Europa extremi sunt oriri, & ad Scythiam ingre di, & itē Strabo Lapum ac Visurgum fluuios ad Hana/sum ait deferri, cum Lapus Rheno misceat̃, Visurgus aūt mari exoneretur. Sic & Plinius Mosam fluuium in oceanum ꝓperare tradit, cum se non Oceano, sed Rheno immergat. Cōsimil ib9 error ib9 ex recētiorib9 historicis ac geographis, Sabellic9 Alanos ab Alemanis falso deducit, & Hungaros ab Hunnis falso deriuat, quin Gothos & Getas Scy-

thas ait, & Danos cum Dacis cõfundit, ac diuę Ottiliæ montem in Bauariam locat, cum nõ procul sit ab Argentorato. Volaterranus etiã Austeraniam & Austriam, Auaros & Sauaros, Lucernam quoq; & Nausium confundit, & Plinium dicit Bernensium Heluetiorũ mentionem fecisse, cum illi longe posterioribus temporibus à Bartholdo duce Zaringiorũ primum cõditi fuerunt. Similiter Conradus Celtes Dacos eosdem cum Cimbris existimat, & Ceruscos eos quos Cerusos, quin & Ripheos montes in Sarmatia sitas putat, & electrum gummam ex arbore defluentem tradit. Sũt & adhuc alij inter historicos lõge maiorum mẽdaciorũ culpam habentes q cum aut rebus interfuerunt, aut aliter res ipsas ut sunt uel gestæ sunt cognouerunt tamẽ, beneuolentia & obsequio uicti suis adulãtes, cõtra fidem falsa cõfirmant. Sunt ex istis qui ad accusandas aut defendendas alienas causas, historias narrare aggressi, ea sola q̃ suo argumento conducunt narrãtes, cætera uero odissimulantes, p̃tereuntes aut extenuãtes: mancas & corruptas historias scribunt, de quo uitio Blondus taxat Orosium, quod in gentem illã Italiæ cladem, qua Gothi Rauennam, Candanum, Aquilegiã, Ferrariam, ac totam fere Italiam diripuerunt, cõticuerit, suum ne attenuaret propositum argumentum. Sũt præterea qui metu aut simulate aut odio aliquorũ corrupti, detrahunt ueritati. Alij dum suorũ gesta extollere cupiunt, aliorũ patrata extenuãt, & in humilitatem deijciunt, scribũtq; nõ quod est, sed quod cupiunt, quod uolunt, quodq; lubet, confidentes non defuturos mendatiorũ suorum

comites atq; patronos, testesq; eos quibus egredit palpati fuerint. Quod uicium antiquitus Græcis scriptoribus familiare erat, hodie uero ferme om̃is natiõis chronographi eo ipso laborãt, ut Sabellicus & Blõd9 in reb9 Venetorũ, Paulus Aemiliius ac Gaguin9 in gestis Frãcorum, q̊s nõ ob alium fructũ alunt prĩcipes, nisi q̊d ait Plutarch9, ut famulãte ipsis bono ingenio, uirtutẽ alienis meritis suffocãtes, illorũ facta nugis ac figmẽtis ꝑ historica maiestate attollãt. Sic grȩci historici de rerũ inuentoribus scribẽtes, oĩa sibi, sed non sua uendicare uoluerunt. Est et aliud corruptissimum adulatorum genus q cum prĩcipũ suorũ originẽ ad antiquissimos q̊sq; reges extẽdere conẽt, cum in suo gñe eo neq̃ant ꝑuenire, ad externas origines fabulasq; recurrunt, & regum & locorum noĩa cõfingunt, & nihil non cõmẽtiunt. Huius gñis ẽ barbar9 ille Hunibaldus, q Francorũ historias cõscribẽs, Schythicã, Sicambriam, & Priamum iuniorẽ, aliaq; locorũ ac regum noĩa cõmentus est, quorum nullus unq̃ priorum meminit historicus: atq; tñ illius nugas cõsimilis ingenij hoĩes secuti sunt, uidelicet Gregorius Turonẽsis, Rhegino, atq; Sigisbertus, & pleriq; alij. Hui9 furfuris est & Vitikindus, qui Saxones antiquissimos, & primores Germaniæ incolas, Macedonum sobolem ait: & ab Alexandri Magni reliquijs deriuat, quem in hoc errore sequuntur pleriq; alij. Multi præterea scribunt historias, non tam ut uera referant, q̃ ut delectent, ut egregij principis imaginem in quouis lubeat exprimant aut effingant. Quos si quis arguat mendacij, dicunt se non tam ad rem gestam, q̃ ad posteritatis utilitatem & famam ingenij

intueri, ideoq; nõ omia narrare ut acta sunt, sed ut narrare expedit: nec se ueritatem ptinaciter uelle tueri, ubi figmentũ falsitatẽve cõis postulat utilitas, citantes testem Fabiũ dicentẽ, non esse uituperandũ tale mendacium, q̃d ad honestatis psuasionem cõducit. Preterea cũ posteris ipsis scribãt, non magni referre, cuius noie, quaue serie boni principis exemplum pponat in publicum. talẽ pfecto Xenophon de Cyro, non q̃lis esset, sed q̃lis esse debuisset, tanq̃ optimi principis exemplar & archetypũ scitam elegãtẽq;, sed absq; ueritatis fide historiam descripsit. Hinc tandẽ factũ ẽ, ut multi & natura & industria ad mentiendum apti, cõfictis argumẽtis fabulosas describerent historias, ut sunt illa Morganę, Magalonę, Melusinę, Amadisi, Florandi, Tyranti, Conamori, Arcturi, Dietheri, Lãceloti, Tristãni, illa inquã, prsus fabulosa ac simul inerudita delitamenta poetarũ comœdijs ac fabulis fabulosiora: inter eruditos uero principatum in istis obtinuerunt Lucianus atq; Apuleius, quin & apud Herodotum historiæ patrem, apud Diodorum & apud Theopõpum, quod ait Cicero innumerabiles sunt fabulæ, & ipsi pleni mendacijs. Ibi eñ epota Medo prandente flumina, & uelificatum Athon legimus,

Et quicquid Græcia mendax
Audet in historia.

Atq; hæ sunt causæ, cur nusquã uere exacta fides reperiatur historiæ, & si hanc in ea maxime quærimus, iudicium autẽ q̃ in discernẽdo opus esset, difficillimum est cõsequi. Cum eñ publice rerum gestarum conscriptiones non fierent q̃ rerum docerent

ueritatem, & mentientes arguerent, sed suæ opinioni quisque permissus est. hinc nacti sunt errandi mentiendiq; potestatem, unde tanta apud historiographos discordia nata est, ut etiam (quod ait Iosephus) contra Appionem libris suis alterutros arguant, & ualde contraria de rebus eisdem conscribant, quantis quidem locis (idem ait) Helanicus ab Agesilao de Cenealogijs discrepat, & in quantis Herodotũ corrigit Agesilaus, & quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum uero Timæus, Timæũ qui post eum fuere, Herodotum uero cuncti. Sed neque de singulis cum Antiocho & Philisto, aut Callia Timæus concordare dignatus est: in multis etiã Thucydides qanquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam historiam conscripsisse uideatur. Hæc de alijs scribit Iosephus, atq; hunc noster corrigit Egesippus. Præterea ex historiographis multi multa narrant, sed non omnia probanda, & quidem probant haud quaquam probanda, plerique pessima exempla imitanda proponunt. Nam qui Herculem Achillem, Hectorem, Theseum, Epaminundam Lysandrum, Themistoclem, denique Xerxem, Cyrum, Darium, Alexandrum, Pyrrhum, Hannibalem, Scipionem, Pompeium, Cæsarem miris laudibus depingũt: quid nisi magnos & furiosos latrones famososq; orbis prædones descripserunt? Esto fuerint Imperatores optimi, certe uiri pessimi sceleratissimiq;. Quod si quis dicat, mihi ex historiarũ lectione præcipuã nancisci prudẽtiam, non negauerim, modo id quoq; concedat, ex eisdem etiã summam

hauriri pnicič, atq; ut alicubi canit Marcialis: Sunt bona multa, sunt mediocria multa, sunt mala multa

De Rhetorica. Cap. VI.

RHetorica uero q̃ ijs proxima est, ars sit nec ne, inter grauissimos uiros certat, & adhuc sub iudice lis est. Ipse siqdem Socrates apud Platonem firmissimis rõnibus eam nec artem nec scientiam cõtendit, sed sagacitatẽ quãdam, ipsam'q; nec pclaram nec honestã, qnimo turpẽ, illiberalem, ac seruilem adulationẽ. Sed & Lysias & Cleantes & Menedemus, cẽsuerunt eloquentiã nulla arte posse cõtineri, sed natura dũtaxat pficisci, q̃ quẽlibet doceat dum opus sit blandiri, & res suas enarrare, argumentis'q; firmare, atq; ueram pronunciationẽ, memoriã, pulchrum'q; inueniendi modum, non nisi a natura pficisci, quod ipsum in Antonio Romanorum oratorum principe uisum est, Quin & cum ante Thisiam, Coracem, & Gorgiam nullus adhuc rhetoricę artẽ scripserit aut docuerit, multos tñ ingenij bonitate fuisse eloquentissimos. Prætereà cũ ars definiatur esse collectio pceptorum ad unum finem tendentium, adhuc certant rhetores quis illius finis sit, an persuadere, an bñdicere: nec contenti ueris causis, nouas & fictas etiam excogitant Pręterea tot thęses, hypotheses, figuras, colores, ductus, characteres, suasorias, cõtrouersias, declamatiões, pœmia, insinuatiões, bñuolentiæ captiões, artificiosissimas narrationes inuenerũt, ut uix numerare sufficiat, & tñ rhetoricę finem factũ esse inficiant. Hanc Lacedęmones omino reprobarũt, æstimãtes Rhetorica.

proborum hominum sermonem non ab arte, sed à pectore ꝓficisci oportere. Antiqui etiam Romani sero admodũ rhetores in urbem admiserunt: cumq́; post multam controuersiam ostẽdere Cicero conatus esset, orandi facultatem non tam ab arte q̃ à prudentia ꝓficisci, atq; idcirco opus de perfecto oratore scripsisset, tñ ille orator quem ipse uelut exemplar ibi fabricat, non oĩbus ꝓbatus est: quin & Bruto ipsi singularis integritatis uiro admodũ suspectus uisus est, semperq́; uicit sententia rhetorũ, bñ dicendi præcepta hominum uitæ plus officere quã prodesse: atq; ut liceat uerum fateri, constat totã illam ac omnem rhetoricæ disciplinam nihil aliud esse, quàm assentatiõis adulatiõisq́; (& ut quidam audacius dicunt) mentiendi artificium, ut quod rei ueritate efficere non possit, persuadeat fuco orationis, quemadmodum de Pericle sophista ait Archidamus (ut autor est Ennapius) q interrogatus, num esset illo potentior, respondit. Etsi Pericles in bello à me uictus sit, ea tñ præditus est dicendi facundia, ut cum de ijs ratiocinetur, nõ uictus, sed uictor appareat: atq; de Carneade ait Plinius, ꝙ ipso argumentante qd ueri esset, haud facile discerni poterat. de eodem traditum est, ꝙ cum pro iustitia multa publice eleganter & sapiẽter disseruisset, postridie nõ minore doctrina atq; copia contra iustitiã perorasse. Erat apud Syracusas Corax rhetor, uir acuti ingenij, & linguæ promptioris, qui hanc artem mercede docebat, ad hunc accessit Tisias cum prõptam mercedem nõ haberet, pollicitus est duplicẽ post q̃ ille eum docuerit rhetoricam, quem Corax hac con

Periclis dicẽdi facultas.

Carneades.

Corax.

ditiõe suscepit & docuit. Hanc Tisias cum didicisset, de precio magistrum circumuenire studens, interrogauit Coracem quid esset rhetorica, q̃ respondente effectricem persuasionũ, in præceptorem sic argumentatus est: Quodcunq; igitur de mercede dixero, si tibi me nihil debere persuasero, nihil debeo, quia non debere persuasi: si nõ persuasero, nõ debebo etiam, quia me scire persuadere non docuisti. Tum Corax hoc argumẽtum in Tisiam retorquere uisus: Quodcũq; (ait) ego quoq; de mercede dixero, si me accepturũ persuasero, accipiam, q̃m persuasi: si non persuasero, etiam accipere debeo, q̃m tantum discipulum erudiui qui prçceptorem superaret. His antistrophis argumentis eos contendere audientes Syracusani, exclamauerunt: Mali corui malum ouum, significantes mali præceptoris peiorem discipulum. Haud ab similem historiam refert Gellius de Protagora sophista & Euathlo eius discipulo. Atqui scire exacte, ornate, grauiter, & copiose dicere, pulchrum & delectabile ac semp utile est, nonnunquam tamen turpe & importunum, sæpissime uero periculosum, semper autem suspectũ est: quocirca Socrates ipse rhetores nulla æstimatione dignos censet, nec qui ullam in bene instituta repub. debeant potentiam obtinere: & Plato illos à sua repub. cum tragicis histrionibus & poetis simul excludendos censuit, nec iniuria. Nam hoc artificio nihil periculosius ciuib. officens, ab hoc p̃uaricatores, tergiuersatores, calumniatores, sycophantæ, & cætera huiusmodi sceleratæ linguæ hominum nomina descendunt. Hoc enim præditi

homines in ciuitatibus plerunq; coniurant, ac seditiones mouent, dum hac artificiosa loquacitate alios decipiunt, alios mordent, alios cauillant, blandiuntur alijs, ac in innocentes tyrãnidem quandam sibi usurpant. Hinc recte dixit Euripides, tyrannicum quoddã esse multa scire dicere: et Aeschilus ait: Malum omium turpissimum esse dico compositos sermones: & Raphael Volaterranus historiarum & exemplorum studiosissimus fatet, collatis quæcunq; audiuerit, quæq; legerit ueterum & recentiorum exemplis, paucissimos uiros bonos reperiri eloquentes. Nonne eo ipso ingentes respublicæ sæpe grauiter uexatæ, sępe penitus deletæ sunt? Exemplo sunt eiuslrei, Bruti, Cassij, Gracchi, Catones, Cicero, Demosthenes, qui ut omnium habiti sunt eloquẽtissimi, ita semper fuere omniũ seditiosissimi. Nã Censorius Cato quadragesies accusatus, ipse septuagesies ac ultrà alios reos fecit, tota ętate sua insanis declamationibus reipub. tranquillitatem perturbans. Alter Vticensis ꝓuocato Cæsare, libertatem Romanam funditus subuertit. Nam minus Cicero Antoniũ in reipub. perniciem ꝓuocauit, & Demosthenes Philippũ in detrimentum Atheniensiũ: nullus deniq; reipub. status ab hoc artificio nõ est aliquando euersus, nullus ab eloquẽtię uitio si aures ꝓbuit, restitit illæsus. Perinde permultum põt in iudicijs fiducia eloquẽtię, hac patrona defenduntꝰ malæ causæ, & nocens reus eripitꝰ legis periculo, hac accusante sępe innocens dãnatus est; nec ullus unquã eo artificio tam defensus extitit, qn læsus sit qui ex diuerso erat. M. Cato Romanorum prudentissimus uetuit

tres illos Atheniensium oratores, Carneadē, Critolaum, Diogenem, in Romanā urbē publice audiēdos admitti, quia tā acuto ingenio, oratiōis facundia, ac ualida eloqntia pditi essent, ut facile possent ęqua et iniq̃ persuadere. Constat de hoc gloriatum apud amicos olim Demosthenem, sese qñ liberet, posse iudicum sententias ad suā uoluntatē cōuertere artificio sermonis, ad cuius arbitriū Atheniensibus cum Philippo sæpe bellum, sæpe pax fuit. Tanta illiuis erat eloquentiæ in cōcitandis, sedādisq́ animorum ac uoluntatum affectibus, ut tanq̃ ciuium suorū imperium habens, illos q̊ uoluerat uertere dicendo: cōsimilem ob rationem Cicero Romæ à plerisq́ rex uocatus est, quia senatum q̊uis uellet uerteret dicendo, oratiōe sua omnia regens. Hinc apparet Rhetoricā nō aliam esse, quā psuadendi & mouendorum affectuum artem, subtili eloquio, exquisito fuco, & subdola uerisimilitudine rapientē animos incautorum, eosq́ ducentem in captiuitatem erroris, peruertēdo sensum ueritatis. Quod si naturæ beneficio nulla res nō uera uoce exprimitur; q̃d pestilentius quàm uerborum fucatorum studium? Veritatis sermo simplex est, sed uiuus & penetrans, & discretor intētionum cordis, & tanquā securis ac gladius anceps omnia artificiosa rhetorum enthymemata facile dissecans & abscindens. Hinc Demosthenes quum reliquos quoscunq́ ex arte dicentes contemneret, unum Photionem uera & ad rem pertinentia, simpliciter & breuiter dicentē metuebat, ideoq́ orationum suarum securim nuncupare solebat: forte nouerant hæc prisci Romani, q (teste Suetonio) rhetores bis Ro

ma ciuitate, semel sub C. Fannio Strabone, & M. Va
lerio Messala cõsulibus, semel iterum sub Cn. Do-
mitio Aenobarbo & L. Licinio Crasso censoribus,
publico edicto eijcientes: tertio sub Domitiano im
patore, uniuersali senatuscõsulto, & urbe Roma, et
tota insup expulerunt Italia. Athenienses eos tanq̃
iustitiæ puersores foro ꝓhibuerunt, ac Thymago
ram, ꝙ inter officia salutatiõis Dario regi more gẽ
tis illius adulatus fuisset, capitali supplicio affece-
runt. Pepulerunt Lacedæmonij Ctesiphonẽ, eo ꝙ se
iactarat de re q̃uis totũ diem posse dicere. Nihil eñ
apud illos magis inuisum, q̃ curiosum hoc linguæ
artificium, eorum qbus ueritatis ꝓferendę nulla cu
ra est, sed opus modicum ꝓponentes, illud oratiõis
lenocinijs & uerborum ampullis excolere, & dicen
di dulcedine decipere animos auditorũ, illos ꝗ lin-
gua sua reuinctos ducere ab auribus: iamq́; palam
est nullos hoc artificio factos meliores, cõplures
aũt deteriores reddi: q & si de uirtutibus cõpiosius di
cere possent, lõge tñ uidemus elegantiores esse feli
cioresq́; eloquentiæ ad defendẽdos errores, ad semi
nandas lites, ad excitandas factiones, ad cõgerenda
conuicia, maledicta, calumnias, quã ad reconcilian/
dam pacem, concordiã, tranquillitatem, atq; ad pre
candam charitatem, fidem, religionem. Porro hoc
artificio confisi plurimi ab orthodoxa fide desciue
runt, sectæq́; ac schismata, superstitionesq; ac hæ-
reses hinc pullularunt, dum nonnulli scripturam sa
cram, eo ꝙ eloquentiæ Ciceronianoq́; lepore caret/
ar, ita aspernant̃, ut cum ethnicorũ fucatis argumen
torum persuasionibus, contra catholicam interdum

ueritatem sentirent. Quod de Tacianis hæreticis in primus manifestū est, & ijs quos Libanius sophista, & Symmachus orator idololatriæ defensores, atq; Celsus Africanus, & Iulianus apostata, cōtra Christum magnis rhetorismis insultantes seduxerunt: e quorum pernicioso ac blasphemo eloquio, multas persuasionum argumentationes acceperunt hæretici, quas in aures hoīm simplicium immittentes, totos seduxerunt à uerbo ueritatis, sed quid ueterum hæreticorū exemplis insistimus? nostra tēpora spectemus. Qui sunt duces germanicarum hæresum, quæ ab uno Luthero suscepto exordio hodie tam multæ sunt, ut fere singulæ ciuitates suam peculiarem habeant hæresim? nōne autores illorum homines disertissimi, linguæ eloquentia & calami elegantia instructi? & quos ante annos aliquos à linguarum peritia, à sermonis ornatu, à dicendi scribendique promptitudine sic laudatos uidimus, ut nihil illorū laudibus potuisset adijci, hodie uidemus capita & principes hæreticorū: ita sunt adhuc multi qui eloquentię dediti, dum uolunt Ciceroniani fieri, efficiuntur pagani: & qui Aristoteli & Platoni impensius studēt, fiunt illi quidem superstitiosi, hi uero impij. Omnes autem illi quicunq; præter simplicia ueritatis uerba ociosos sermones in aures hominū effundunt, assistent in iudicio rationē reddituri de ijs, quę uane coniecerunt & mentiti sunt aduersus deum.

Lutherani rhetoricæ periti.

De dialectica. Caput VII.

SVccedit istis in subsidiū dialectica, & ipsa quidem nō nisi cōtentiōis ac tenebrarū artificium

est, per quam reliquæ oẽs scientiæ obscuriores ac congnitu difficiliores reddunt̃: atq; hæc etiã sese, logicã uidelicet, dicendi et rõcinandi scientiam uocat. Miserũ ꝑfecto & irrationale hoĩm genus, si absq; hac disciplina nesciat rõcinari: hanc tñ Seruius Sulpitius oĩm artiũ maximã esse dixit, & quasi lucẽ ad ea q̃ ab alijs doceãtur, cum ipsa (ut ait Cicero) rem uniuersam doceat distribuere in partes, & latentem definiendo explicare, interpretãdo obscurã explanare, ambiguã cõtemplari & distinguere, atq; regulam de ijs omnibus tradat, qua uera & falsa iudicentur. Prærerea pollicentur dialectici se cuiusque rei essentialem, ut aiunt, definitionẽ posse inuenire, tñ hanc nullis unq̃ uerbis ꝓstare possunt tam lucidam, quin equæ nescius maneat animus, quin dicat quis idiotæ pro hoĩe animal rõnale mortale, minꝰ intelliget, q̃ si dixisset hoĩem. Plura de his scripsit inter latinos Boethius, cuius opera nõ habent̃, sed ꝓstant omibus q̃ scripsit Aristoteles, prędicamenta, elenchos, topica, perihermenias, analytica, & reliqua: quẽ secuti Peripatetici opinant̃ nihil stare aut sciri posse, nisi q̊d syllogissando ꝓbetur p demonstrationem, eam uidelicet quam depingit Aristoteles, sed tñ nunq̃ in dogmatibꝰ suis obseruauit, cum oẽs suę argumentatiões ex ꝓ suppositis ab eo deducant̃, quem secuti oẽs isti scientiarũ polliciratores, hactenus nullas aut paucissimas ueras demonstrationes dederunt, nedũ in naturalibꝰ, sed oẽs deducunt illas ex ꝓacceptis, aut ab suo Aristotele, aut abs alio qilla prior dixerit, q̊rum autoritatem seruant sibi ꝓ principijs demõstrationis: uerã aũt demõstratio-

nem, q̄ facere debeat scientiam, docet Aristoteles, eā esse, q̄ fit per quidditates, aut loquunt̄ dialectici, ꝑ ꝓprias rerum differentias nobis occultas & ignotas. Ait insup demonstrationē ex causis fieri, ex ĳs q̄ sunt de, ꝑ, se, & secundum q͂ ipsum, quæ q̄dem enunciationes cū sint conuertibiles, se ad inuicē inferētes, tñ ait non dari nec cōcedi demonstrationē circularem ex causis. Si itaq; nunc principia demōstrationis plurimū ignota sunt, & circulatio nō admittet, certe nulla inde aut paucissima, eaq; incerta haberi potest scientia: credere em̄ oportebit demōstrantis, ꝑ fragilia quædā principia, q̄bus aut ꝓpter ꝓcedentem prudentum autoritatem, ueluti notis terminis assentimur, aut quos experientia comprobamus per sensus. Omnis enim notitia, ut aiunt, ortū habet à sensibus, & experimentum sermonum uerorum, ut ait Auerrois, est, ut concordent sensatis. Et illud notius est & uerius in quod plures sensus conueniunt, ex sensibilibus itaq;, eorum sententia, manuducimur ad oīa ea quę à nobis sciri possunt. Iam enim cum sensus omnes sæpe fallaces sunt, certe nullam nobis synceram probare possunt experientiam. Præterea cum sensus intellectualem naturā nequeant attingere, & rerum inferiorum causę ex q̄bus illarum naturæ effectus, & proprietates seu passiones demonstrari deberent, sint oīum consensu nostris sensibus penitus ignotæ, nonne conuincitur ueritatis uia sensibus esse præclusa? quare etiā oēs illæ deductiones & scientię quæ in ipsis sensibus radicitus fundatæ sunt, omnes incertæ erunt & erroneæ & fallaces. Quæ ergo nunc utilitas dia

lecticæ, qs fructus scientificæ illius demonstratio nis principijs & expimentis, quibus cum uelut in no tis terminis assentire necesse erit: nõne iam ipsa pri cipia & expimenta magis scientur quã demonstrata: sed hæc ars nunc paulo remotius nobis repetẽda est. Dialectici decẽ numerant p̃dicamenta, quæ uocant gña gñalissima, hæc sunt: Substantia, q̃ntitas, q̃litas, relatio, qñ, ubi, situs habitus, actio, passio, q bus omnia constare putant, & intelligi quęcunq; in toto uniuersoq; orbiculari mundo continent. Tradunt insup quæ de iis ipsis ac earũ partibus p̃dicentur, quinq; uidelicet: genus, speciẽ, differentiã, ꝓprium, accidens, quę ob id p̃dicabilia nominarũt. Porro inuenerunt q̃tuor cuiuslibet rei causas, materialẽ, formalem, efficientem & finalem: ex q̃bus oĩm rerũ ueritatem & falsitatem sese inuenire posse arbitrantur, q̃dam infallibili (ut putant) demõstratione, hoc est, syllogismo, quem altero trium ordinum, ut uocant, figurarum supra undeuiginti modos esse oportebit. Componunt autem omnem syllogismum siue demonstrationem ex tribus terminis, q sunt subiectum quæsiti, & dicit minor: alter prædicatum quæsiti, & dicitur maior: tertius est medium inter utrunq; participans: & iuxta hos, duas formãt ꝓpositiones, quas præmissas appellant maiorem & minorem, ex illis tandem nascitur conclusio, scz. de altero ad extremum, alterum tanquam à limine ad metam ꝓcurrẽtes. Hoc totum est egregium illud artificium, hæc eius sunt extrema confinia, quibus oĩa combinare, diuidere, & concludere opinantur, per q̃ quædam quæ refelli posse impossibile putant axio-

ma, atq; hæc sunt logici artificij portentosa, & altà mysteria magnoq; labore exquisita, à magistris fallacibus, quæ tanquã occulta quędam & arcana nõ oẽs profiteri licer, nec discere nisi illos, q grandes mercedes ꝓ illis præstare possunt, magnisq; sumptib. autoritatem hanc sibi inter scolasticos emerint. Deniq; ij sunt eorũ canes, hæc illa retia qbus (illorum opinione) rerum omnium siue naturę subiectarum, ut physica: siue naturam ipsam comitantium, ut mathematica: siue naturam ipsam quodammodo superantia, ut Metaphysica, uenant̃ ueritatem quã tamen eo artificio iuxta P. Clodij atq; Varronis ꝓuerbium, nimiũ altercando amittunt, atq; hæc sunt duntaxat ueterum dialecticorum confinia.

De Sophistica. Cap. VIII.

SEd lõge plura ꝓdigia maioraq; portẽta ijs addidit recentior Sophistarũ schola, de terminorũ passionibus, de infinito, de cõparatiuis, de superlatiuis, de differt aliud ab, de incipit & desinit, de formalitatibus hæcceitatibus, instantibus, ampliationibus, restrictionibus, distributionibus, intentionibus, suppositionibus, appellationibus, obligationibus, consequẽtibus, indissolubilibus, exponibilib9, reduplicatiuis, exclusiuis, instantijs, casibus, particularitationibus, suppositis, mediatis & immediatis, cõpletis & incõpletis, cõplexis & incõplexis, et cæteris intolerandis uanisq; uocabulis, q̃ tradunt in paruis logicalibus, qbus omnia q̃cunq; reipsa falsa sunt & impossibilia, uera esse facile conuincent: & contra quæcunq; uera sunt, uelut ex equo Troia

no erumpentes, ijs machinis subito uerborum incẽdio ac ruina uastabunt. Sunt rursus qui nõ nisi tria prædicamenta recipiũt, nec nisi duas syllogismorum figuras, & tm̃ octo illorum modos probant: modales autem ꝓpositiones, concretos insuper & abstractos terminos rideant, nec desunt q̃ undecimum numerent p̃dicamentum, & quartam syllogismorum figuram, augeantq́ prædicabilium & causarum numerũ, totiq́ inuictas & Scoicas subtilitates inuexerunt, ut Cleantis, Chrysippiq́ argutiæ, cũ Daphitę Euthidemi, Dionysiodori circunuenticulis, penitꝰ crassæ, rusticanæq́ futuræ sint, si cũ ijs nouis sophistarum nostrorum inuentis conferant̃, in q̃bus nũc passim ferme oĩs scholasticorum turba, cũ misero labore ac dãnabili studio occupata, nil magis agere uidet̃, nisi ut discat errare, ac ꝑpetuis digladiatiõibus explicandã ueritatẽ obscuriorem reddere uel amittere, q̃rum tota disciplina nõ aliud quicq̃ est q̃ captio q̃dam, ex deprauatis uerborum dictionibus subdola q̃dam cauillatione peruertens usum loquẽdi, & uim inferens linguæ quã ignorat, transuertens ueritatẽ secundum uerisimilem expositionẽ, q̃rum gloria nõ nisi in conuitijs & strepitu sita est, ut q̃ non tam uictoriam appetãt q̃ certamen, nec ueri inueniẽdi, sed altercandi ꝓpositum sit, adeo ut inter hos primas partes teneat, quicunq́ clamosissimus est & impudentissimus, & linguę fremitu audacissimus. De q̃bus ait Petrarcha: siue is styli pudor, siue ignorãtiæ cõfessio est, lingua implacabiles sunt: calamo nõ cõtendunt, nolũt apparere q̃ friuola sunt quibus ornãtur: ideoq́ more Parthico fugitiuã pugnã exercent,

& uolatilia uerba iactātes, quasi uentis uela cōmit tunt. Hi sunt enim q̊s Quintilian9 dicit in disputan do mire callidos, cum autē ab illa cauillatiōe discesserint, nō magis sufficere in aliq̄ grauiore actu, q̄ parua q̄dam animalcula quæ in angustijs mobilia cāpo deprehenduntˀ: itaq; campum timent, uerumq; est illud, diuerticula & anfract9 suffragia esse infir mitatis, ut q parū cursu ualent, flexu eludant. Sic & sophistæ metuūt, sub notarijs & collatis libris & autorib9 pugnare sed solius memoriæ linguæ uiribus, fugitiuis clamorib9, nō ad calamos, sed ad obliuiosas aures cōcertare uolunt: nec referre putant q̄ quisq; rōne utatur, dummodo instātiam det: nec curandum quicquid sentiat aut dicat, modo loquatur & strenue contendat. Nam q uerbosiorˀ est, is inter eos uidetˀ doctior, ij præstigijs circumeunt scholas & plateas & mensas, quærunt æmulos, q̊s ut congrediantˀ inuitant, instant, insiliunt, si congreditˀ & urget, ad diuerticula ꝓlabuntur, & latebras quærunt, & ad usitata recurrunt, tot facientes anfract9, ac si labyrinthum circumiri oporteat: q̊d si q̄s nolit aut pigeat cū illis decertare, subdola aliqua interrogatiōe, & quā q̄s non optima cognitiōe inq̄siuit adgrediuntur, ut sic uel ex improuiso rn̄dentem de errore conuincant, aut scire se negantem uerecundiæ reum faciant & explodant, atq; ipsi in utranq; partem doctrinæ uendicent gloriam. Sed quos fructus nobis in ecclesia Christi peperit pariatq; dialectica cum suis sophistis spectemus, qui non assentientes diuinæ traditioni, illam cōpositis, & ex fallacibus sensibus deductis rationibus confundunt:

quibus dum nimium credunt recedente luce ueritatis, succrescunt tenebræ, quibus obuoluti & excęcati, factiq; magistri & duces cœcorum, multos secum ijs falsis argumentationibus & apparentibus rationibus secum trahunt in foueā semperq; ignorantiæ profundum, errorumq; pelagus innatantes, serpentum more lubrici, fraudulentiæ & seductionis uerbis subinuolantes, imperitiores seducunt ad credendum figmentis suis, & extollentes ea, persuadere audent sacratissimam theologiam, sine logica, sine dialectica, sine rixa, sine altercatiōe, sine sophismatibus constare non posse. Non inficior dialecticam ad scholasticam exercitationē conferre, sed ad theologicam contemplationē qd conferat non uideo, cuius summa dialectica est in oratione constituta. Neque em̄ uana promissione pollicitus est nobis Christus ingens: Petite & accipietis. Itaque prius q̄ contentiosi scholastici suam dialecticā discāt, isti Christifideles ab ipso magistro ueritatis impetrant omnem necessariā ueritatē. Præterea dialectica per uarias ambages tandem non altius pertingere potest q̄ ad philosophiam, sed per fidelem orationem recta & certissima uia conscendit ad summā diuinarum atque etiam humanarum rerum sapientiam. Errāt igitur quicunque dicunt dialecticam hanc esse euertendorum hæreticorum machinam omnium potentissimam, cum re uera ipsa sit robur omnium hæreticorum: hac arte freti quondam Arrius & Nestorius hæretici, tam impudenter desipuerunt, ut ille diuersas per gradus & tempora in Trinitate substantias assereret, alter Mariam uirginē

Dialectica quatenus utilis

Dialectica hæreticorum robur.

theotocon esse negaret, quia diuinas operationes logicis sophismatibus metiri præsumpserunt, plus Aristotelis obseruãtes dialectica sophismata, q̃ diuinæ scripturæ animaduertentes uerba. Omnia namq; (ut ait Hieronymus) hæreticorum dogmata sedem sibi & requiem inter Aristotelis & Chrysippi spineta reperiũt. Inde Eunominus profert, quod natum est, nõ fuit antequã nasceretur. Inde Manichæus, ut deum liberet à cõditione malorũ, alterum mali inducit auctorem. Inde Nouatus subtrahit ueniã, ut tollat pœnitentiam. De illis fontibus, uniuersa hæreticorum dogmata, argumentationum suarum riuulos trahunt. Nam cũ nullus sermo sit qui nõ recipiat contradictionẽ, nec ulla argumentatio q̃ non possit per aliã subuerti, inde est q̃d ad nullum finem sapiẽtię, ad nullam cognitionẽ ueritatis, per dialecticas disputationes homines peruenire possunt: sed & multos cõtingit declinare à ueritate in hæreses, dũ speciem sibi ualidioris ueritatis logicis argumentationibus reperisse se credunt, aut sic hæreticos reprobãt, ut ipsi nihilo saniora restituant: quare Plato ipse sero admodũ uoluit dialecticã attingi à custodibus, eo q̃d hęc in utrãque partẽ differat & minus firmas reddat de honesto aut inhonesto rationes. Hæc de dialectica hactenus.

De arte Lullij. *Caput* IX.

INuenit autem Raimundus Lullius recentioribus tẽporibus dialecticæ haud absimilem prodigiosam artem, per quam tanquam olim Gorgias Leontinus (qui primus in conuentu literatorum hominum poscere ausus est, qua de re quisque audire

uellet) de quouis subiecto sermone, abunde quis ua leat disserere, atq; inuenire quadã artificiosa nominum ac uerborũ perturbatione atq; in utranq; partem de omni sermone curioso hoc plusquã eleganti artificio, garrula loquacitatis ostentatiõe dispu tare, neq; ullũ uincendi locũ alijs relinquere, & res minutissimas & pusillas in immẽsum dilatare. Sed hæc altius repetere non est necesse, nos ampla satis cõmentaria in hanc artem dedimus alibi. uerũ nolo hæc alicui fucum faciãt in artificio admodum leui, quod & si in eisdem extollere uisi sumus, tamen res ipsa palam se facit, ut opus non sit circa hanc magnope depugnare. hoc autem admonere uos oportet, hanc artem ad pompã ingenij & doctrinæ osten tationem potius q̃ ad comparandam eruditionem ualere, ac longe plus habere audactæ quã efficaciæ. Esse præterea totam ineruditam ac barbaram, nisi elegantiore quadam literatura adornetur.

Agrippæ commentaria in artẽ breuem Lullij.

De arte memoratiua. Caput X.

HIs artibus adnumeratur etiam memoratiua, quæ (ut ait Cicero) nihil aliud est quàm inductio quædam, & præceptionis ratio, locis & imaginibus tanq̃ membrana constans, & characteribus à *Simonide Melitone* primum excogitata, deinde p *Metrodorũ Sceptium* perfecta. ipsa tamen qualisqualis sit, sine naturali memoria persistere minime potest, quam tot sæpissime monstrosis obtundit imaginibus, ut p memoriæ tenacitate maniam & phrenesim nõnunquam inducat, dum uidelicet naturalẽ memoriam innumerabilium rerum ac uerborũ ima

ginibus prægrauãs, naturæ finibus nõ cõtẽtos, arte insanire facit. Hanc itaq; cum Simonides aut aliquiuis Themistocli obtulisset, ait ille: obliuionis mallem, nam multa memoro quæ nollem, obliuisci non possum quæ uellem. Et Quintilianus de Metrodoro: Vanitas, inqt, nimirum fuit atq; iactatio, circa memoriam suã potius arte q̃ natura gloriantis. Scripserunt de ea Cicero lib. rhetoricorũ nouorum, & Quintilianus in institutionib9, & Seneca, & ex recentioribus Franciscus Petrarcha, Marcolus Veronensis, Petrus Rauẽnas, & Hermannus Buschius, & alij, sed indigni catalogo, obscuri homines ꝑmulti, & multi hanc quotidie ꝓfitentur, sed non reperiũ, qui in ea multum ꝓficiat, & magistri eius pro lucro infamiam sæpe reportãt. Solent enim in gymnasijs plerunq; huius artis ꝓfessione nebulones quidam scholarib9 imponere, ac rei nouitate pecuniolam ab incautis emungere. deniq; puerilis gloria est ostentare memoriã: turpe & impudentis est, multarum rerum lectionẽ instar mercimoniorum ante fores explicare, cum interim uacua domus sit.

De Mathematica in genere. Cap. XI.

SEd tempus est nũc de mathematicis disciplinis dicere quæ multo oĩm certissimę putantur, oẽs tamen nõ nisi in doctorum suorũ, quibus plurima fides datur, opinionibus cõsistunt: qui etiam in illis non parum errauerunt, q̃d & Albubatar unus eorũ nobis attestaũ, inquiens: Antiquos etiam usq; post Aristotelis tẽpora non plane mathematica sciuisse. cumq; omnes hæ artes circa sphæricam seu rotun- Mathematica.

d

dam, siue figuram, siue numerum, siue motũ potissime uersentur, fateri tandem cogunt perfecte rotundum sphæricum nusquam, neq; scd͠m artem reperiri, neq; secundum naturam. Atq; hæc disciplinæ licet uel paucas, uel nullas in ecclesia hæreses dederint, tñ quod ait August. nihil ad salutem pertinent, sed magis in errorem mittunt, & deo auocant, neq; (ut ait Hieronymus) non sunt scientiæ pietatis.

De Arithmetitca. Cap. XII.

Arithmetica.

INter has prior est Arithmetica, hoc est numerorum disciplina, q̃ matris quodammodo ad cæteras obtinet uicẽ, nõ minus superstitiosa q̃ uana, ac propter uilem numerandi practicã, nõ nisi à mercatoribus auaritiæ causa in precio habitam: tractat em̃ de numeris & eorũ diuisionibus, qs par, qs impar, qs pariter par, quis pariter impar, qs impariter par, qs superfluus, qs diminutus, qs pfectus, quis cõpositus, quis incompositus, qs per se, qs ad alium. Item de proportione & proportionabilitate earundemq; speciebus. De numeris harmonicis & geometricis, deq; uarijs numerorum passionibus et minutijs atq; modo supputandi.

De Geomantia. Cap. XIII.

DEniq; arithmetica hæc nobis geomanticam diuinationem, & prænestinas tesseras, & talos, & aleas, & quicqd est eiusmodi numeralium sortilegiorũ progenuit: q̃uis geomantiã oẽs ferme astrologiæ adoptẽt, ob parilẽ iudicãdi rationẽ: tñ qa uires eius non tam ex numero, q̃ ex motu

eliceant, iuxta illud Aristoteles dictū in primo meteororum: Motus cæli est perpetuus, & est principium & causa oīm motuū inferiorū. Scripserūt aūt de hac ipsa ex antiqoribus, Hali: ex recentioribus Gerard9 Cremonēsis, Bartholomęus Parmēsis, et q dam Tundiuns: scripsi & ego quandā Geomantiam ab aliis longo diuersam, sed nō minus supstitiosam, fallacemq́, aut si uultis, dicā etiam mendacē.

De Aleatoria. Cap. XIIII.

ARs item aleatoria, & ipsa tota sortilega est, cuius quāto qs studiosior, tanto erit & nequior & infelicior, dum alieni cōcupiscētia sua pfundit, nec uel patrimonii ullā reuerentiā tenet. Hæc ars mendaciorū, periuriorū, furtorū, litium, iniuriarū, homicidiorūq́ mater ē, uere malorū dæmonum inuētum, quæ exciso Asiæ regno inter euersæ urbis manubias uaria sub specie migrauit ad Grecos. Hinc tesserę, calculi, tricolus, senio, monarchus, orbiculi, thaliorchus, uulpes: pterea octocedron, duodecacedron, qbus nōnihil diuinationis inesse putāt. Sunt & qui dicant Attalum Asiaticum artem hanc inuenisse, & ab artificio numerandi excogitasse. e Romanis uero memoriæ pditum est, Claudium impatorem de illa librum composuisse, cuius ipse atq́ ante eum Augustus Cęsar ambo studiosissimi cupidissimiq́ extiterunt. Ars tota infamis & oīm gentiū legib. interdicta, quin & Gobilon Lacedæmonius iungendæ societatis causa Corinthum legatus missus, cū duces ac seniores Corinthiorum inuenisset in alea ludētes, infecto negocio

Ars aleatoria.

redijt, dicens: nolle se Spartanorum gloriã hac infamia maculare, ut dicerentur cum aleatoribꝰ societatem contraxisse. tanto probro apud maximos q̊sq; habita est, ut regi Demetrio in leuitatis opprobrium taxilli aurei à Parthorũ rege missi sint: atq; tñ hodie regum & nobilium hic exercitatissimus ludus est: quid ludus? imo sapientia, eorum qui fuerint in hac ad fallendum damnabilius instituti.

De sorte Pythagorica. Cap. XV.

NEc illud prætereundum censeo, quod asserebant Pythagorici, & q̊d alij putant, ipse etiam credidit Aristoteles, literarum elementa certos suos possidere numeros, ex quibus per propria hoĩm nomina diuinabant, collectis in summã cuiuslibet literarum numeris, quibus collatis, palmam illi tribuerũt, cuius summa alteram excesserat, siue de bello, siue de lite, siue de cõiugio, siue de uita aut alia consimili re quæsitum foret: eaq; rõne dicunt Patroclũ ab Hectore uictũ, illum uero ab Achille supatum, quã rem Terentianꝰ tradidit ijs uersibus:

Et nomina tradunt ita literis facta,
Hæc ut numeris pluribus, illa sint minutis.
Quandoq; subibunt dubia pericla pugnæ,
Maior numerus qua steterit, fauere palmam,
Præsagia lethi minima, patere summa.
Sic & Patroclum Hectoris manu perisse,
Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achillis.

Horoscopia p sortes.

Et sunt q̃ simili computo ꝓmittunt sese horoscopa inuẽturos, sicut de ijs tradidit, nescio q̃s, noĩe Alchãdrinas, obscurꝰ philosophus, quẽ ferunt disci

pulum fuisse Aristotelis. Et narrat Plinius Pythagoræ inuentis etiam illud attribui, propriorũ noĩm imparem uocalium numerũ, orbitates oculorũ, claudicationes, consimilesve casus portendere.

Adhuc de Arithmetica. Cap. XVI.

SEd ad Arithmeticam redeamus: hãc Plato à malo dęmone una cum talorum & alearũ ludo primum monstratam ait. Et Lycurgus magnꝰ ille Lacedæmoniorum legislator, illam ceu turbulentã e republica sua eijciendam censuit. Vacuum enim & inanem laborem deposcit, & ab utilibus honestisq; negocijs homines abstrahit, ac de rebus futilibus sępe magnis iurgijs contendit, Hinc illud Arithmeticorũ irreconciliabile bellũ, uter numerus par an impar præferendus sit: quis inter ternariũ, senarium, denarium, numerus sit perfectior. Item qs numerꝰ dicit̃ pariter̃ par, circa cuius diffinitionẽ Euclidem ipsum Geometriæ principẽ, non parũ errasse cõtendunt. Præterea non facile dixerim, q̃ Pyhagorica mysteria, q̃s magicas uires numeris inesse somniant, etiã ab ipsis rebus nudatis: dicereq; audent, nisi illis instrumẽtis exemplaribusq; mundũ à deo creatum iri nõ potuisse, ác diuinorũ oĩm cognitionem in numeris tanq̃ in regula omium certissimo contineri. Hinc orti sunt Marci magi, & Valentini hæreses in numeris fundatæ, & ex numeris progressæ, qui diuinam religionẽ & innumerabilia diuinæ ueritatis secreta, sese ꝑ frigidissimos numeros posse inuenire & enunciare præsumebãt. Accedit istis Pythagorica tetractis inter sacramenta habita, & alta

Arithmetica.

Arithmeticorum controuersiæ.

plura hīs similia, q̄ oīa uana, ficta & falsa sunt, nec quicq̄ ueri superest arithmeticis illis, nisi insensatus ac inanimatus numerus: atq; tamen hinc sese diuinos homines agere arbitrantur, quod sciant numerare. sed hoc egre illis concedunt musici, hunc honorem suæ harmoniæ libentius deferentes.

De musica. Cap. XVII.

Musica

DE musica igit̄ iam nobis sermo esto, de qua ex Græcis copiose scripsit Aristoxenus, q & aīam musicam esse dixit: cuius documēta Boethius deinde latinis tradidit: dico autē illam q̄ in uocum ac sonorum modulatione consistit, non eā quam de metris & rythmis ac carminum fictionibus nuncupant, q̄ pœsis est, quæ autore Alpharabio, non tam speculatione ac ratione, quàm furoris insania fertur, de qua superius diximus: uerum eam quę de modulationibus est, q est cōtentus neruorū, aut uocum in suos modos sine aurium offensione consonantium: agit enim de sonis, de interuallis, de systematis gn̄e, de tono, de commutationibus ac modulationibus. Hanc ueteres diuisere in enharmonicam, chromaticam, diatonicā: priorem aūt (uidelicet enharmonicam) ob nimis reconditam difficultatem, p impossibili eius indagine deseruere: alterā uero ob

Musicæ partes.

lasciuiæ infamiam aspnati sunt atq; abdicarūt: tertiam uero speciem duntaxat (tanq̄ mundanæ cōpositioni conformem psuasi) admiserunt. Sunt etiam ex ueteribus, q musicos modos, ex gentiū uocabulis distinxerunt, ut in Phrygium, Lydiū, Dorium, q̊s apud Polymestrem & Saccadā, Argiuum genere,

fuisse antiquissimos constat, quibus Sappho Lesbia (ut inquit Aristoxenus) quartum, uidelicet mixolydiũ, superinstituit, cuius inuentorẽ alii Tersandrũ, alii Pythoclydem tibicinem putant, Lysias Lamproclem Atheniensem autorem posuit, atq; hos quatuor modos ueterum autoritas celebres notauit, totũq; astructionem encyclopædiam uocauerunt, quasi scientiarum orbem, quod musica omnes amplectatur disciplinas, sicut ait Plato in primo de legibus, musicam sine uniuersa disciplina tractari nõ posse. Inter hos uero quatuor modos, Phrygium, quia distrahit & rapit animum, non probant, sed barbaricum Porphyrio illum uocat, quia ad furorem & pugnas excitandas tantũ cõmodum. Alii idcirco Bacchicum uocant, uti furibundum, impetuosum, & perturbatum: cuius modulatione, quam anapæsto pede declarant, Lacedæmonios & Cretenses ad arma concitatos legimus: eodem Timotheus Alexandrum regẽ ad arma incitauit, & Taurominitanus iuuenis narrante Boethio, domũ in qua scortum latitabat, Phrygio sono excitus comburere festinauit. Lydium etiam Plato reprobat, ut qui acutus sit, & à modestia Dorii recedens, lamentationibus accõmodus: uerum (ut quibusdam placet) etiam iis, qui natura hilares & iucundi sunt, cõgruus. Hinc Lydos hilares & piucundos populos iis modulationibus delectatos ferunt, quos etiam Tusci Lydorum progenies choricis saltationibus adhibebant. Dorium autẽ tanquam grauiorem honestioremq; omnibus modis modestum, ad grauiores animi affectus, & motus corporis aptum. & ad recte ac bene uiuendum utilem, omnibus prętulerunt:

ideo apud Cretenses, Lacedæmonios, Arcades, in magna ueneratione habitus. Imperator quoq; Agamemnon ad bellum Troianum ꝓfectus, Doricum domi reliquit musicum, q spondeo pede mulierem Clytemnestram in pudicitia ꝓbitateq; cōseruaret, quare nō prius ab Aegystho uiciari potuit, q̄ is musicum prius e medio impie sustulisset. Mixolydium uero tragedijs & cōmiserationibus congruum, incitationis & retractionis efficaciam habere, & mœroris imperiū tenere dicunt. His q̄tuor modis sunt qui alios supadinuenerunt, ut q̄s collaterales uocāt, uidelicet Hypodorium, Hypodolydium, Hypofrygium, ut sint septem totidem planetis correspondētes, quibus Ptolemeus addit octauū hyppmixtolydium oīm acutissimum, firmamento attributū. uerum Lucius Apuleius primo Floridoꝝ quinq; modos describit, Aeolium, hyastium uarium, lydium q̄rulum, Phrygium bellicosum, Doriū religiosum. His addunt alij Ionicum iucundum & floridum. A Martiano etiam, iuxta Aristoxeni traditionem quinque numerant̄ modi principales, & decē collimitij.

Musicę uilitas.

Et licet hanc artem suauitatē non modicā habere fateantur, cōmunis tamen sententia est, atq; ipsa experientia omnibus nota, esse illam uilium ac infelicis intemperantisq; ingenij hoīm exercitium, & q nec incipiendi, nec finiendi rationem teneant, sicut Archabio tibicine legitur, qui pluris conducendus erat ut desineret q̄ conducendus ut caneret. De quibus tam importunis musicis, sic ait Horatius:

Omnibus hoc uitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati

Iniussi, nunquam desistant.
Hinc musica ipsa ad precium & stipem semper uagabunda extitit, & lenocintorum clientula, q̃ nullus unquam professus est uir grauis, modestus, pudicus, fortis: ideoq; Græci illos cōi uocabulo Liberi patris artifices, siue (ut Aristo.) dionysiacos technicas, hoc est, artifices bacchanales appellarunt, q̃ improbis esse moribus magna ex parte consueuerunt, uitam plurimū traducentes incōtinenter, partim etiam cum inopia, q̃ quidē uitia & gignit & auget. Persarum ac Medorum reges, musicos inter parasitos & histriones referebāt, uidelicet ex opere illorum uoluptatem sibi capientes, ipsos aūt actores cōtemptui habentes, atq; ut Antisthenes ille sapiens, cū audisset Ismeniam q̃ndam optimum haberi tibicinē, homo nequā est, inquit, non eñ si probus foret tibicen esset, non enim, ut dicitur, ars est illa uiri sobrij & probi, sed ociosi & iocantis. Hanc Scipio Aemilianus & Cato, tanq̃ à Romanis moribus alienā aspernabātur. Hinc Augusto atq; Neroni probro datum est, q̃d musicam auidius sectarentur. Sed Augustus correptus quidem abstinuit, Nero aūt peramplius insequutus, ob hoc contemptui ludibrioq; habitus est. Philippus rex cū audisset filium q̃dam loco suauius cecinisse, obiurgatus est: Nonne pudet, inquens, quod tā bene scias canere? satis enim est superq; principi uiro canentibus alijs audiendi ocium superesse. Non canit apud Græcos Poetas Iuppiter, nec pulsat citharā, docta Pallas detestatur tibias. Apud Homerum pulsat citharœdus, præbent aures Alcyones & Vlysses, Apud Vergilium sonat & cantat Iopas,

auscultant Dido & Aeneas. Alexādro magno quondam canente Antigonus pædagogus citharam fregit, abiecitq́;, inquiens, ætati tuæ iam regnare cōuenit, non canere. Sed & Aegyptii, teste Diodoro, musicam tanquam uirorū animos effœminantē prohibebant adolescentes suos pdiscere. Et Ephorus, teste Polybio, eam nō nisi ad illudendos ac fallendos homines inuentam tradidit. At reuera quid inutilius, quid contēptibilius, qd fugiendum magis tibicinibus, cātoribus, ac reliqui generis musicis, qui tot uocibus canentium, pcinentium, decinentium, intercinentium, occinentium, & concinentium uniuersam auium garritus superantes, uenenata quadam dulcedine, uelut sirenes hominum animos lasciuientibus uocibus, gesticulationibus, ac sonis pstigiant atq; corrumpunt? Quapropter Ciconum matres atq; nurus Orpheum ipsum ad Parcarum usq; inuidiā persecutæ sunt, quod modulis suis mares effœminaret. Quod si fabulis quædam authoritas est, Centū luminibus cinctum caput Argus habebat, quæ omnia tamen unius fistulæ modulo sopita sunt & extincta. Atq; tamen hinc plurimum gloriantur musiciisti, quasi ipsi supra rhetores habeant mouendorum affectuum imperium: q̃s insuper eo ipsa euexit insania, ut ipsos etiam cœlos canere affirment, uocibus tamen à nullo unquam mortalium auditis, nisi forte quod musicis per suum Euouae, seu per temulentiam uel insomnium innotuerunt. Nullus tamen musicorum interim e cælo descendit, qui uocum cōsonantias omnes nouerit, quiq; proportionum inductiones omnes inuenerit. Attamen dicunt artem

esse consummatissimam, & quæ omnes amplecta-tur disciplinas, nec sine uniuersa disciplina tractari possit, etiam diuinationis uim illi tribuentes, qua corporis habitudines, animiq́ affectus & mores hominum per ipsam inducentur. sed & dicunt artem esse infinitam, nec ullo ingenio exhauriri posse, sed in dies illam pro cuiusq́ captu nouos dare modulos. Propterea q́ non male Anaxilas: Musica per deos, inquit, perinde atq́ Libya semper quotannis nouā quampiam feram parit. Hanc Athanasius ob uanitatem suam interdixit Ecclesijs: sed Ambrosius cæremoniarum & pompę appetentior, ecclesijs instituit canendi & psallendi usum. Augustinus uero in medio hærens, inde sibi haud non difficile dubium ortum esse in confessionibus suis meminit: hodie uero tanta in ecclesijs musicæ licentia est, ut etiam una cū missæ ipsius canone, obscœnæ quæq́ cantiunculæ interim in organis pares uices habeant, ipsaq́ diuina & sacræ orationum preces, cōductis magno ære lasciuis musicis, non ad audientium intelligētiam, non ad spiritus eleuationem: sed ad fornicariam pruriginem, non humanis uocibus, sed beluinis strepitibus cantillant, dum hinniunt discantum pueri, mugiunt alij tenorem, alij latrant contrapunctum, alij boant altum, alij frendent bassum, faciuntq́ ut sonorum plurimum quidem audiatur, uerborum & orationis intelligatur nihil, sed auribus pariter & animo judicii subtrahitur autoritas.

Musica in tēplis

De Saltationibus & Choreis.

Caput XVIII.

Saltationes & choreæ.

AD Musicam spectat etiã saltationũ siue choreaꝝ artificiũ, puellis amoribusq́ lõge gratissimum, & q magna cura discunt, & in medias noctes sine satietate ꝓtrahunt, summaq́ diligentia obseruant, ut ad lyre tympaniq́ ac tibiarum numeros, cõpositis gestibus, moderatisq́ incessib9 saltẽt, ac rem oĩm stultissimã & insania q̃dam haud adsimilẽ prudentissime, ut putant, scientissimeq́ ꝑagant, quã nisi tibiarum concentus temparet, & (ut dicit̃) uanitas uanitatẽ cõmendaret, nullum choreis spectaculũ ridiculũ ac inconditũ magis. hęc laxamẽ petulantię, amica sceleris, incitamẽ libidinis, hostis pudicitiæ, ac lud9 ꝓbis oĩbus indignus: sępe ibi matrona, ut ait Petrarcha, diu seruatũ decus ꝑdidit, sæpe infœlix uirguncula ibi didicit q melius ignorasset, multaꝝ ibi fama ꝑijt pudorq́. Multæ inde domũ impudicæ, plures ambiguæ rediere, castior aũt nulla, pudicitiã choreis sępe stratã, sempq́ impulsam oppugnatãq́ uidemus: laudarunt tñ hanc nõnulli Græcorũ scriptores, sicut pleraq́ alia fœda ac ꝑniciosa, ipsaq́ saltationũ exordia e summis cœlis, e stellarũ siderumq́ lationib9, eorumq́ gressu & regressu, cõplexu ac ordine tanq̃ harmonica q̃dam cœlestium chorea, una cum mundi gñatione diuinitus ꝓdijsse dicunt. Alij inuentũ esse Satyrum, Bacchumq́ q́ hac arte Thyrrhenos, Indos & Lydos bellicosissimos populos deuicisse aiunt. Hinc tandem saltatio ipsa in religionem relata est, & à Corybantis in Phrygia, à Curetis in Creta, ab dea Rhea fieri iussa est, & in Delo nulla sacra peragebantur cui saltatio non fuisset adhibita, nec ullæ unquam celebratæ

festiuitates & cæremonię citra saltationē. Indorū quoq; Brachmanni mane & uespere ad solem conuersi, saltantes illum uenerabant. Apud Aethiopas etiam, & Aegyptios, & Thraces, & Schythas, saltatio inter sacrorū cæremonias habita est, qppe quæ ab Orpheo & Museo optimis saltatoribus cōstituta fuisset. Erant etiam apud Romanos sacerdotes Salij, q in honorem Martis saltabāt. Lacedæmonij Gręcorum pstantissimi, cum à Castore & Polluce saltare pdidicissent omia saltationibus peragere soliti sunt. In Thessalia tanto in pcio habita est, ut populi psides & antesignani p saltatorum nomine honorarentur. Ipse etiam Socrates uir omium sapientissimus ab oraculo iudicatus, illam iam natu grandior discere non erubuit, quin & summis laudibus extulit, & inter serias disciplinas numerauit, uisaq; illi res grauior q̄ ut de ea recte pnunciari possit, q̄ tota diuina cum mundi generatione nata esset, & cum Amore deo uetustissimo in lucem pdierit. Sed qd mirum sic à Græcis philosophari, q adulteria, qui stupra, q parricidia, deniq; nullum nō facinus in deos referunt autores? Complures de saltatione libros scripserunt, qui omnia genera eius & species numerosq; comprehenderunt, earundemq; nomina percensuerunt, & cuiusmodi una quæq; illarū esset, a quo autore inuenta: quare de illis plura hic dicere supersedeo, Romani ueteres uiri prudentia & autoritate graues, saltationes omnes repudiarunt, nec ulla penes eos honesta matrona saltasse laudat. Hinc Salustius improperat Sempronię, q cātasset, saltassetq; doctius quam conueniret probæ, quin et

Salationes Romanis repudiatę.

Gabinio uiro consulari, atq; M. Cælio nimia saltā de peritia ꝓbro data est, & M Cato L. Murenæ, q in Asia saltasset ꝓ crimine obiecit, cui patrocinat9 Cicero, id ut recte factum defendere non est ausus, sed constanter factum pernegauit. Nemo inquiens, saltat sobrius, ni forte insaniat, neq; in solitudine, neque in conuiuio moderato atq; honesto. intempesti ui conuiuii, immoderati ioci, turpium deliciarum comes est extrema saltatio. Itaq; saltatiōem necesse est omnium uitiorum esse postremum, neq; uero facile dictu quæ mala hic uisus hauriunt & auditus, quæ pariant colloquia & tactus. Saltatur inconditis gestibus, & monstroso pedum strepitu, ad molles pulsationes, ad lasciuas cantilenas, ad obscœna carmina, contrectantur puellæ & matronæ impudicis manibus & basiis, meretriciisq; complexibus: & quæ abscōdit natura, uelauit modestia, ipsa lasciuia tunc sæpe nudantur, & ludi tegmine obducitur scelus. Exercitium profecto non e cœlis exortum, sed a malis dæmonibus excogitatum in iniuriam diuinitatis, quando populus Israel erexit sibi uitulum in deserto, cui cum sacrificassent cœperunt edere & bibere, & postea surrexerunt ludere, & cantantes saltabant in chorum. Hæc de chorearum saltationibus sat is.

Saltationes impudicitiæ fontes & irritamenta.

De gladiatoria. Cap. XIX.

NEq; tñ me præterit hoc loci, esse adhuc alia pleraq; saltationum genera à priscis scriptoribus celebrata, quorum maxima pars hodie obsoleta est, pars adhuc in usu est, ut saltatio armata,

Saltatio gladiatoria.

gladiatoriæ, chironomiæ ac militiæ accõmoda, tragicũ, pfecto artificiũ, quo hoiem innoxiũ occidere ludꝰ est, ac lethale uulnus excepisse paulo cũct antilus, summa infamia. Execrãdũ omĩbꝰ artificiũ, cuiꝰ stultitiæ iuxta est impietas, & oĩa eiusmodi saltationũ genera, ut sunt uanitatis & impudẽtiæ plena, non tam uituperãda sunt. q̃ execrãda, eo ꝙ non aliud doceãt q̃ mirificos q̊sdã ritus quõ insanire oporteat.

De histrionica Caput XX.

Histrionica aũt saltatio imitationis & demonstratiõis artificiũ est, res mente cõceptas decẽti gesticulatione explicans: tam clare & pspicue mores & affectus oẽs repræsentans, ut spectatior omnis histrionem q̃uis nihil loquentẽ, ex plurimis moribꝰ & gesticulatiõibus clare intelligat. Tm̃ præstat histrionica, ut nullus prsus sit opus interpretibꝰ: tam apte em̃ senẽ, puerũ, mulierẽ, seruũ, ancillã. temulẽtum, iracundũ oĩmq̈ psonarũ differẽtias & affectꝰ iucũda gesticulatiõe repræsentat, ut etiã e lõginq̃ spectator nõ audiẽs fabulã, ex sola histrionis saltatiõe illius intelligat argumẽtũ. Hinc histriões non parũ precio habitos legimꝰ, cõstatq̈ referente Macrobio, Ciceronẽ cũ Roscio histrione, q etiã Syllæ dictatori charissimꝰ fuit, contẽdere solitum, ut ne ille sæpius eandẽ sententiã uariis gestibus efficeret, an ipse p eloquẽtiæ copiam sermone diuerso pnunciaret: q̃ res Rosciuũ induxit, ut liberũ cõscriberet in q̃ eloquẽtiã cõpararet cũ histrionica. Verũ Massiliẽsiũ ciuitas, teste Valerio, tãtæ grauitatis custos extitit, ut nullũ aditũ histrionibus daret, nec mimis.

Histriõica saltatio.

quia eorum argumẽta magna ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo, imitandi etiam licentiam faceret. Proinde uero exercere histrionicam, non solum turpis & scelesta occupatio est, sed etiam conspicere & delectari flagitiosum, siquidem & lasciuientis animi oblectatio cadit in crimen. Nullum deniq; nomen olim fuit infamius, q̃ histrionum, ac legibus ipsis arcebãtur ab honoribus quicunq; fabulam saltassent in theatro.

De Rhetorismo. Caput XXI.

ERat & saltatio Rhetorica, histrionicę nõ dissimilis, sed remissior, quã Socrates, Plato, Cicero, Quintilianus, ac Stoicorum plurimi admodũ utilem, ac oratori perq̃ necessariã arbitrati sunt: q̃tenus apto quodam corporis gestu, uultus & corporis composita adformatione constat. tum uigore oculorum, pondere uultus, accommodatoq; singulis uerbis ac sententijs sono uocis, cũ efficaci corporis motu ad ea quæ exprimuntur, sed gesticulatione tenus. Hęc autem saltatoria siue histrionica rhetorica porro apud quosq; oratores tandem exulare cœpit, admonente Tiberium Augusto, ut ore, nõ digitis loqueretur, & iam in totum sublata est, duntaxat à scenicis aliquot fraterculis adhuc colit̃ (q̃uis olim ab ecclesia histriones etiam sacro cõmunionis sacramento illis denegato depulsi essent) quos hodie aliquos uidemus mira uocum contentione, uultu multiformi, oculo uago & petulanti, iactatis brachijs, saltantibus pedibus, lasciuiẽtibus lumbis, ac uarijs motibus, inuersionibus, circunductioni-

bus, resupinationibus, saltibus, gesticulante toto corpore, animi uidelicet mobilitate ipsum secũ uoluente, populares cõciones ad plebẽ à suggesto ꝓclamare: memores fortassis Demosthenis sententię, qui (ut est apud Valerium) interrogatus, quidnam esset in dicẽdo efficacissimũ, rñdit, hypocrisis: iterũ deinde & tertio interrogatus, idẽ dixit, ac pene totã dicendi uim huic deberi. sed ne à mathesi lõgius ꝓgrediamur, ad geometriam nunc properemus.

De geometria Cap. XXII.

IPsa geometria, quam Philo Iudæus principẽ & matrem oĩm disciplinarũ appellat, hãc p̃ cæteris disciplinis laudẽ habet, ꝙ cum inter oĩm ferme disciplinarum sectas magna & innumera sunt certamina, geometræ oẽs undiq; sibi cõsonant: nec aliqua unq̃ de illa inter ipsos est contentio, nisi ꝙ de punctis, de lineis, de superficieb. adhuc disputãt, sintne hæc diuisibilia an indiuisibilia, cæterũ nõ discrepãt ab inuicẽ, nec doctrina, nec traditiõe: sed quisq; alterũ nouis uel subtiliorib. inuentis, & q̃ nunq̃ q̇squã excogitauit, nitit̃ superare. Nullꝰ tñ geometra adhuc circuli ueram q̃draturã inuenit, nec costę ęqualem lineam dedit, licet Archimedes Syracusanꝰ hęc se quõdam inuenisse putabat, & multi posteri usq; in hęc tempora idipsum, sed frustra quodammodo conati sunt, licet proxima dixisse uideantur. Ea tñ est eorũ ambitio, ut priorũ traditionibus nunq̃ acquiescãt, sed in talibus amplius aliquid q̃ magistri eorum inuenire putantes, seipsos in tantam insaniã agunt, q̃ uniuersę terrę elleborũ, nõ sufficiat expur

gare. Ab ipsa autē geometria ultra hoc quod lineamenta, formas, interualla, magnitudines, corpora, dimēsiones, atq; pondera rimat̄, dependent q̄cunq; organica ingeniosa opificia, artificiosa'q; instrumenta, manganaria, machanopacetica, poliorcetica tam bellorum q̄ architecturæ, cæterorum'q; usibus accōmoda, ut arietes, testudines, cuniculi, catapultæ, scorpiones, exostræ, sambucę, scalæ, tolleones turres ambulatoriæ, heliopoles, triremes, pontes, molæ: Itē bigę, trigæ, quadrigæ, troclę, clicleoclæ, rotæ, uectes, & q̄buscumq; immania pōdera ui minima trahunt̄, aut attollunt̄. Præterea quæcunq; aut pōdere, aut aqua, aut spiritu, aut neruis & funiculis constant, sicut horologia q̄ pondere gradiuntur & quæ uentorū impulsa resonant organa, etiam quæcunq; hydraulica & spiristica instrumēta, & quę ex his etiam nō nisi ad uoluptatem admirationemq; fabricata sunt, ut pilæ sponte saltātes, lucernæ suas sibi producentes stupas, & oscula seu cucurbitæ sponti ignē suflantes, & quale Politicanus narrat animal, quod dum secat̄ in mensa, bibit interim uiuentis'q; repræsentat motus atq; uoces. Cuiusmodi forte artificio narrat Mercurius Aegyptios deorū confinxisse simulacra, ut articulatam ꝓmerent uocem, atq; ꝓgrederent̄. Ille etiam Architas Tarentinus ligneam colūbam sic geometricis rationibus cōstruxit, ut surgeret in altum, & uolitaret. Iam uero & Archimedes primus ęneum cælum tanto artis opificio fabricasse legitur, ut inibi planetarū om̄ium motus planissime deprehēderentur, simul'q; singularum cęlestium sphęrarum uertigines, cuiusmodi etiam pro

ximis his diebus fabricatam uidimus. Ex hac arte simul prodeūt tormētorum uaria genera, & bombarde, cæteraq; instrumenta igniuoma, de quibus ego nuper sub titulo pyrographię specialem librum composui, cuius nunc tandem pœnitet, cū nihil nisi perniciosissimum magisterium doceat. Deniq; quicquid artificij est in pictura, in cosmimetria, in agricultura, in arte bellica, in fusoria, in plastica, in statuaria, in fabrili, in architectura, in metallica, totum hoc vel potissimum a geometria est.

De optica uel perspectiua Cap. XXIII.

A Geometria itaq; proxima est optica, quam uocant perspectiuam: deinde cosmimetria atque architectura. Perspectiua aūt siue optica hęc tr[illegible] em uidendi rationem directam, reflexam, refractamq;, pertractat: quid lux, quid umbrę, quid interualla edocet: causasq; uisibilium, quę per interualla falsa uidentur, deprehendit: radiorumq; proiectiones inquirit, per unum seu plura pspicua sup diuersas corporum figuras: tum umbrarum & lucis figurationes, atque quę rebus, quę usui, quæ medio accidant: atque quomodo res & uisio, ex medij diuersitate, uario modo afficiantur cōmonstrat. De ratione autem uidendi, uarię & dissonę opiniones sunt: nam Plato secundum conclaritatem uisum fieri arbitratur, uidelicet ea quę ex oculis est luce defluente ad unum extrinsecum aerem, ea quę a corporibus est luce obuiam relata: ea uero quę circa aerem medium est facile effusibili, uertibilique coextensę igniformi uisus uirtuti. Galenus concor-

diter sentit cum Platone: uerum Hipparchus ait, radios ab oculis extensos usque ad corpora ea, quasi palpitatione quadam tangentes, susceptionē eorū ad uisum reddere. Epicurei autem simulacra eorum quæ apparent, sese oculis ingerere affirmant. Aristoteles autem simulacra non quidem corporeo, sed secundum qualitatem per alterationem aeris, quæ in circuitu est, a uisibilibus usque ad uisum deuenire censet. Porphyrius uero neque radios, neque simulacra, neque aliud quicquam uidendi causam ait, sed animam ipsam cognoscentem uisibilem, & quę una est omnium, seipsam in omnibus quæ sunt cognoscere. Verum geometræ & optici Hipparcho quodammodo accedentes, conos quosdam ex coincidentia radiorum factos subscribunt, quæ per oculos emittuntur, unde multa simul uisibilia cōprehendere uisum, sed illa certissime, ubicunque radij coinciderint: sed enī Alchindus de aspectibus omnino docet aliud, uerum Augustino uidetur animæ potentiam in oculo aliquid efficere, quod a sapientiæ studiosis nec dum sit peruestigatum. Hęc itaque scientia ad deprehendendū cælestium corporum uarietatē, distantiam, magnitudinem, motum, eorumque reflexiones & refractiones ꝑmultū cōducit: architecturæ etiā in metiendis ædificijs inseruit. Proxime tamen pingendi artificio atque speculatorum fabricæ plurimū confert ornamenti, ut sine ipsa hæ artes perfici non possint. Monstrat enim qua ratione, nec abnumera, nec deformia fingamus in imaginibus, quæ cernuntur interuallorum & altitudinum causa.

PIctura itaq; ars mõstrosa, sed imitatione rerũ naturaliũ accuratissima, lineamẽtorũ descriptione & colorum debita appositione cõstans: hæc olim tanto in precio fuit, ut primum gradum liberalium artium obtineret. Ipsa uero non minus libera est, atq; poesis, sicut bene cecinit Flaccus,

pictoribus atq; poetis,
Quælibet audendi semper fuit æqua potestas.

Dicitur em̃ pictura non aliud q̃ poesis tacens. poesis uero pictura loquens: tam sunt sibijnuicem affines. Nam sicut poetæ, sic pictores historias & fabulas fingunt, omniumq; rerum imagines, lumen, splẽdorem, umbras, eminẽtias, depressiones exprimũt. Illud p̃terea ex ipsa optica habet pictura, ut uisum decipiat, ac in una imagine uariato situ, plures species intuẽtiũ oculis obfũdat: & q̃ statuaria p̃tingere nõ põt, ipsa p̃uenit: pingit ignẽ, radios, lumen, tonitrua, fulmina, fulgura, occasum, aurorã, crepusculum, nebulas, hominisq; affectus, sensus animi, ac pene uocẽ ipsam exprimit: & mẽtitis dimẽtionibus, cõmensuratiõibus, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, aut quæ non ita sunt, tamẽ uideri facit. Quemadmodum de Zeusi & Parrhasio pictoribus narrãt historici: qui cum de artis prærogatiua uenissent in certamen, & prior detulisset uuas pictas tanta similitudine, ut aues aduolarent: alter detulit pictum uelum, sic ueritatem mentiens, ut ille auiũ iudicio tumens postularet, deducto uelo ostẽdi picturam: tandẽ agnito errore coactus est illi palmã deferre, quũ ipse aues fefellisset, Parrhasius uero artificẽ. Et narrat Plinius in ludis Claudij fuisse pictu

rę admiratiōem, cum ad regularum similitudinem corui decepti imagine aduolarunt. Iam uero & celebri trium uiratu, narrante Plinio, experimēto compertum est, auium cantus depicto dracone cohibitos. Habet insuper hoc pictura, ut in omnibus suis operibus plus semper intelligatur, dijudicetur quā conspiciatur: sicuti diligētissime hæc scrutatus est Plutarchus in suis Iconibus. cumq; ars summa sit, ingenium tamen ultra artem est.

De statuaria & plastica Caput XXV.

PIcturam comitatur statuaria & plastica, fusoria & criptica, importuni ingenij artificia, q̄ tamen etiam sub architectura comprehēdi possunt. Statuaria ex lapide, ligno, ebore, rerum idola fabricat: eademq; ex gleba fingit plastes. Ars aūt fusoria, hæc in proplaste, ex ære alijsq; metallis exprimit. Cripticus uero lapidibus & gemmis insculpsit. Scripsit de istis è recentioribus Pōponius Gauricus. uerum omnes hæ artes pariter cum pictura ad ostentationem & libidinem superstitionemq; à malis puto dęmonibus repertę sunt, cuius artifices fuerunt, qui primi iuxta uerba Pauli, commutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & q̄drupedum, & serpentum: qui contra diuinum præceptū uetās idolum sculptile & similitudinem, tam corū quæ in cælo sursum, quam quæ in terra deorsum, fieri odiosissimā deo idololatriam introduxerunt, de quibus ait Sapiens: Idolum ipsum maledictum est, & qui fecit illud, & quod factum est, tor

menta patientur. Vanitas enim hominum, ut ait idē, inuenit artes istas in tentationem animæ hominū, & in decipulam insipientium: & adinuentio istarū, corruptio uitæ est. Nihilominus tamen nos Christiani præ cæteris gentibus sic desipimus, in hanc uitæ & morum corruptelam, ubiq; in atrijs, in domibus, in cubiculis tenere non pudeat, quo lasciuis imaginibus nostræ matronæ filiæq; ad lasciuiam inuitentur: quinetiam hęc in templa, in sacella, in aras dei, magnis uenerationibus traducimus: sed hoc latius in religione disputabimus. Verum inesse picturis atq; statuis non contemnendam autoritatem ego olim in Italia didici: uam cum fratres Augustiniani cum canonicis regular ib. corā Romano pontifice de beati Augustini habitu, uidelicet nigrā ne illic stolam sup alba tunica, aut candidam super nigra induisset, pertinaciter litigarēt: atq; ex scriptu ris quod ad hāc litem derimendā faceret, nihil compertum haberetur, uisum fuit Romanis iudicibus rem omnem ad pictores & statuarios relegare, ut q̄d illi ex uetustis picturis atq; statuis adsererent, sententiæ haberet uigorem. Hoc exemplo confirmatus ego, cum aliquando indefatigata diligentia monachalis cucullę originē inuestigarē, nec quicquam inde ex scripturis inuenire potuissem, tandē ad pictores me contuli, atq; in istis fratrum procestrijs atq; porticibus, ubi utriusq; testamenti historię, ut plurimum depictę cernuntur, rem perquisiui: cumq; in toto uetere testamento nullum ex patriarchis, neq; ex sacerdotibus, neq; ex prophetis, neq; ex leuitis, neq; Heliam ipsum, quē licet Carmelitę

ſibi faciunt patronum, inueniſſem cucullatum: nouum teſtamentum adgreſſus, inueni illic Zachariã, Simeonem, Iohannem Baptiſtam, Ioſeph, Chriſtũ, apoſtolos, diſcipulos, ſcribas, phariſæos, põtifices, Annam, Caypham, Herodem, Pilatũ & pleroſq; alios, nullam uſpiam conſpexi cucullam: rurſusq; ab initio oĩa & ſingula diligenter examinans, mox in ipſo fronte hiſtoriæ ſeſe offert cucullatus diabolus, ille uidelicet, qui erat Chriſtum tentans in deſerto. Gauiſus ſum plurimũ reperiſſe me in picturis, quod hactenus nequiui in literis.

De ſpecularia. Caput XXVI.

SEd nunc ad opticã reuertamur quę etiam ſpeculorum artificio plurimo eſt adiumẽto, omnium illorũ affectiones & impoſturas indicans, quorum experimenta patent in uarijs ſpeculorum gñeribus, ut ſunt caua, connexa, plana, colũnaria, pyramidalia, turbinalia, gibboſa, orbicularia, angularia, inuerſa, euerſa, regularia, irregularia, ſolida, pſpicua. Sic legim9, narrãte id Cęlio in antiquis lectionibus, Auguſti tẽporibus Hoſtium uirũ quendam, ſed obſcœnitatis facile principem, feciſſe eius notæ ſpecula, quæ imagines longe maiores redderent, ut digitus brachij menſuram & longitudine et craſſitudine excederet. Fit quoq; ſpeculum, in quo quis alterius uidet imaginem, nõ ſuam. Et aliud q; in certo loco poſitũ, nihil imaginet: aliorſum uero trãſlatum, facit imagines. Item quod vniuerſas reddat imagines, & q̃d unius rei plures reddat imagines. Et aliud quod contra aliorũ ſpeculorum morẽ

Specula diuerſa.

dextrum reddit dextro, & sinistrum sinistro. Et sunt specula comburentia anterius & posterius, atq; aliud quod susceptam imaginem non intra se repręsentat, sed remotius extra se in aera reijcit, ibi tanquam aereum simulacrum apparere facit, ignemq; collectis in se solis radijs per remota spatia in q̃d cunque combustibile potenter incutit, & eiusmodi plura, qualia uidimus aliquando, & fabricare nouimus. Habent etiam perspicua specula suas imposturas, uidelicet ut rem magnam apparere faciant paruam: & contra quæ minima sunt, apparere magna: & quæ remota sunt, propinqua: aut quæ propinqua sunt, uideãtur remota: quę infra pedes sunt, sursum: & quę supra nos sunt, hæc infima, aliove situ sese conspectui nostro offerant. Sunt & p quæ una res uidetur & alia quæ res ipsas diuersis coloribus ut in iride, aut sub diuersis dissimilibusq; figuris decepto uisu repræsentant, & ijs similia. Et noui ego fabricare specula, in quibus lucente sole, omnia q̃cunq; illius radijs illustrãtur per remotissima spatia, puta trium aut quinque miliarium, plenissime conspiciuntur. Est & illud in planis speculis mirãdum, ut quãto minora sunt pro eorum modulo, rem repræsentent seipsa minorem, quantumcunq; autem maxima, nũquam tamen rem ipsam seipsa reddent maiorem: quod cõsiderans Augustinus ad Nebridium scribens, aliquid occultum illic latere putat. atque tandem hæc omnia uana & superuacua sunt, nec nisi ad ostentationem & ociosam delectationem adinuenta. Scripserunt de speculis cum Græcis tum Latini perplures, præstat autem omnibus unus Vtellius.

De Cosmimetria.

Cap. XXVII.

DEinceps nũc cosmimetriam paucis discutiamus, atq; hæc in cosmographiam & geographiam diuidit, utraq; orbẽ mensurat atq; distinguit, sed prior iuxta cælestium rationẽ ex illorũ distinctione, terrarũ & locorũ illis subiectarũ situ, per graduum & minutorum mensuras commensurat, rationesq; climatũ, dierumq; & noctium discrimina, uentorũ cardines, siderum uarios exortus, polorum eleuationes, parallelos, & meridianos, gnomonum umbras & quæ ad hæc reliqua sunt, ad singula iocamathematicis rationibus edocet. Altera uero nulla adhibita cælestium ratione, orbem per stadia & miliaria mensurat, ac p montes, syluas, lacus, flumina, maria & litora distinguit, gentesq; ac populos, regna, prouincias, ciuitates, portus, & quæ inter cætera memorabilia sunt, commonstrat.

Ac patrios omnes cultus habitusq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, & quid ferre recuset,
Explicat. Ac imitatione quadam picturę, iuxta geometriæ & perspectiuæ rationis, orbem omnem in globo uel plana tabula effingit,

Pingens in paruo totum uolumine mundum.

Sub ijs gñibus quidam chorographiam numerant, q̃ partialia quædã loca seorsum explorando, pfectiore insup & quasi cõsummata effigie depingit.

Ornatu uario patres distincta per omnes,
Viribus & syluis pratorum, fontibus, agris,
Aequora quæq; rigant humentia flumina, corpus

Inq; humiles premitur ualles, ubi surgit in altum,
Verticibus celsis tollens ad sidera montes.

Hæc omnia & q̃ antea diximus, ipsa nobis cosmimetria pollicetur. Sed qui nos illam docturi sunt autores, inter se tãtũ non una discordia pugnant de limitibus, lõgitudinibus latitudinibus, magnitudinibus, mensuris, distantijs, climatibus, eorundẽ habitudinibus admodum, a se inuicem discrepantes. Quę aliter Eratosthenes, aliter Strabo, aliter Martinus, aliter Ptolomęus, aliter Dionysius aliter iuniores distinxere. Nec de terræ umbilico inter eos conuenit, quem Ptolomęus sub æquinoctiali circulo collocat, Strabo parnasum Græciæ mõtẽm credidit, cui assentiunt Plutarchus & Lactãtius grammaticus, putantes illum cataclysmi tempore, aquarum cæliq; fuisse discrimen. Quemadmodum de hoc canit Lucianus:

Hoc solum, fluctu terras mergente, cacumen
Emicuit, pontoq; fuit discrimen in astris.

Quod si hæc ratio ad reuincendum satis est, erit umbilicus terrę nõ in Parnaso Græcię, sed in Gordico armeniæ monte qui teste Beroso, primus à diluuio emicans, Noę arcã excepit. Alij alia adferunt, & q̃modo aquilarum uolatu medium terræ inuentum sit. Sunt etiam & theologi, qui falcem suam in hanc messem mittentes, Hierosolymam mediũ terræ esse uolunt, quia scriptum sit p ꝓphetam: Deus opatus est salutẽ in medio terræ. Accedunt ad hanc censuram Lucretius, Lactantius, & Augustinus, q antipodas tam constanter negarunt Atq; illi insup qui extra Europam, Asiam, Aphricam, aliũ habita

bilem orbem inficiarūt, quæ tñ Hispanorum Lusitaneorūq; nauigationibus posteris nobis secus cōperta snnt, qui etiam totā sub Zodiaco Zonam contra poetarū nugas ac Aristotelis falsam opiniōem, habitatam monstrarunt. Alios præterea geographorū pleros q; errores, supius inter historicos recitauimus. Verum hęc ars, dum terrā immēsam, & inscrutabilia maria, insularumq; & regionum omnium situs, limites & insignia, ac innumerabiliū pariter gentiū ignotas origines, ritus mores, discrimina nos docere conat̃, nullū aliū fructū inde pcipimus, nisi q̄ aliena auidius scrutamur, nos ipsos discimus ignorare. Et ut ait Augustinus in confessionibus, Eunt homines admirari alta montium et ingentes fluctus maris, & latissimos lapsus fluminum & oceani ambitum, & gyros siderum, & relinquunt seipsos. Plinius quoq; insaniam esse dicit metiri terram, quam dum metimur, sæpissime mensuram egredimur.

De Architectura. Caput XXVIII.

ARchitectura autem non dubium, quin pmultum cōmodi, ornatusq; adferat, & publicis priuatis ædificijs: hæc parietes & tecta, pristinas & uehicula, pōtes & naues, phanā, templa, delubra, mœnia, turres, & omnis generis machinas (q̄bus res hominum tam publice q̄ priuatæ tuentur, ornanturq;) nobis largitur, disciplina alioqui pnecessaria & honesta, si non admodū fascinaret mortalium animos, ut nemo ferme reperiatur (modo facultates non desint) qui non totus cupiat etiam bene constructis semp aliquid ædificare. Quo insatia

bili ædificādi studio desiderioq; effectū est, ut huius rei nullus statutus sit modus neq; finis. hinc abscissæ rupes, cōpletæ ualles, acti in planū mōtes, pfossa saxa, & adaperta mari promōtoria, excauata terræ uiscera, deducta flumina, iuncta maribus maria, exhausti lacus, exiccatæ paludes, coercita æquora, scrutataq; maris profunda, factæ nouæ insulæ, rursusq; aliæ restitutæ continenti. Quæ omnia & his plura quum cum natura ipsa pugnent, sæpe tamen non modicā uniuerso orbi commoditatē attulerunt. Sed cōparemus his quæ nullo prorsus alio mortalibus sunt usui, quam quod admirandum spectandumq;, & ut ait Plinius, ad ociosam & stultam pecuniæ ostentationē, ingentibus sumptibus cōstructa sunt: cuiusmodi sunt Aegyptiorū, Græcorum, Hetruscorum, Babyloniorum, ac cæterorū aliquot gentium superstitiosa operum miracula, labyrinti, pyramides, obelisci, colossi, mausolæi, Rasinatis, Sesostris, & Amasis mōstrosæ statuæ, atq; sphynx illa miranda, in qua rex Amasis conditus putatur. Erat enim, ut ait Plinius, a saxo naturali elaborata, & rubrico: capitis monstri ambitus per frontem, centum & duos pedes colligit: longitudo centum quadraginta tres. Sed & sunt his maiora, opus Memnonis atq; Semiramidis, in Bagisiano Mediæ monte, uasta stadiorum septem & decem effigies. Quæ tamen longe superasset, quicunq; ille architectus fuit, siue Stesicrates, ut refert Plutarchus, siue Dinocrates, ut refert Vitruuius, qui ex Athos monte Alexandri effigiem facturum se pollicebatur, in cuius manu ciuitas assideret, decem mil-

lium hominum capax. Adnumeremus istis Babylonicã speculam, cuius basis (teste Herodoto) quaque uersus stadium adimpleuit: atque turrim illam quæ in profundo mari uitreis cancris superextructa memoratur. Accedant etiam Cordianæ ædes, & arcus triumphales, & deorum templa, & præcipue illud Dianæ Ephesiæ per annos ducentos à tota Asia fabricatum. & quod in Aegypto ad Latonę templum constructum uno lapide sacellum latum fronte cubitos quadraginta, idipsumq; uno etiam lapide contectum. ac Assyrij regis Nabuchodonosor statua ex auro 60. cubitorum magnitudine, q̃ non adorasse capitale fuit. atque alia cubitorum quatuor, ex ingenti Topasio Aegyptiæ reginæ facta. Huc spectant & nostris diuis templa subperbissimis fastigijs exstructa, & in miram altitudinẽ cõgesta ingẽti saxorum mole, erecta cãpanilia, multis admodũ sacris pecunij & eleemosinis profusis, quibus multi pauperes Christi uera dei templa & imagines, interea fame, siti, algore, ægritudine, egestateq; periclitantia, rectius ædificari & sustẽtari potuissent, deberentq;. Cæterum uero quantam pniciem hæc ars sæpissime adferat hominibus, ipsæ hostiles arces bellorumq; machinæ, cataphractæ scorpiones, balistę, cæteraq; subuertendę mortaliũ uitę instrumenta, deuictiq; horum ingenio populi testes sunt. Neque id in terra modo. cum etiam naues, castrorum ac arcium instar, fabricare docuerit. quibus periculosa maria, nõ tam nauigamus, q̃ habitamus. & cum natura sua mille periculis nobis infesta sũt, his nauigijs reddimus infestiora, in illis

non secus, ac in solida terra latrocinantes, bellaq; gerentes. Scripserũt de architectura primus Agatarchus Athniensis, postea Democritus & Anaxagoras, deinde Silenus, Archimenides, Aristoteles, Theophrastus, Cato, Varro, Plinius: demum Vitruuius, Nigrigentus, ex recentioribus autem Leo Baptista, frater Lucas, Albertus Durrerius

DE Metallaria. Cap. XXIX.

ARchitecturæ quoque subest ars metallica, ars reuera non modici ingenij. Primum siquidem ex telluris montiumq; superficie, quæ quoquo loco uenæ intus sitæ sunt, quæ illarũ extensiones, exitus, fibræ, cognoscere docet: & quomodo excauatis terræ uisceribus, montium moles substruẽdæ sunt: de qbus scripsit apud ueteres Strato Lampsacenus librum, quem de machinis metallicis intitulauit. Porro queadmodũ ex erutis minerarũ lapidibus, ignis liquamine, pura metalla excoquantur, eaq; si mixta sint, à seinuicem discernant̃, aut nulli aut paucissimi hactenꝰ integre tradiderũt: forte q; ars hæc, ueluti mechanica & seruilis, à doctis quibusq; & liberis ingenijs despecta sit. Verũ quũ ego ante aliq̃t annos à Cęsarea maiestate aliq̃t mineris ꝑfectus essem, omnia quantum potui indagatus, cœpi de illis specialem librum scribere, quẽ adhuc usq; in manibꝰ habeo, cõtinuo ꝓ maiori rerum notitia adaugens, & corrigens, sperans me, q̃d tum ad metallorum inuentionem, tum cognitionẽ, tum uenarum examinationem & conflationẽ mẽtiumq; substructionẽ, & tractoriarũ machinarum, Agrippæ liber de metallaria.

cæteraq́ artificia hactenus incognita pertineat nihil omissurum. Hac arte omnes humanæ constant opes, quarum auaritiæ tanta mortales libido inuasit, ut uiui ad inferos usque penetrent, & magna naturæ ruina in sedibus manium quærunt diuitias, ut canit Ouidius: Itum est in uiscera terræ,

Quasq́ recondiderat, stygijsq́ admouerat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamq́ nocens ferrum, ferroq́ nocentius aurum
Prodierat, cuius dira cupidine tandem
Omne nefas, fugere pudor, uerumq́ fidesq́.
In quorum subiere locum fraudes que doliquei
Insidiæq́, & uis, & amor sceleratus habendi.

Et alius Poeta inquit:

Auro pulsa fides, auro uenalia iura.

Pessimũ igitur uitæ scelus inuenit, quicunque primus aurifodinas, cæterasq́ metallorum uenas repperit. & (ut ait Plinius) tanto nocentiores fecerunt illi terras, ut non minus temerarii sint, q̃ qui e profundo maris petunt margaritas. Inuentũ aũt multis quidem, sed dissonantibus historiographis attribuitur. Præcipue uero plumbum in insulis quę Cassiterides dicũtur, contra Celtiberiã sitis, primo inuentum tradunt: æs autem in Cypro, ferrum in Creta, sed aurum & argentum apud Pangæũ Thraciæ montem: demum orbem omnem inferunt. Soli Scythæ ut refert Solinus usum auri & argenti dãnarunt in æternum, sese a publica auaritia abdicantęs. De auri superfluitate apud Romanos olim ueteri interdicto cautum erat, eratque lex censoria uictimialiarum aurifodinæ, qua ut ait Plinius, in Ver

cellensi agro cauebatur, ne plus quinq; hominum publicani haberent. Atq; utinam homines eo studio ferrentur in cælum, quo scrutantur terræ uisce ra, sola diuitiarum uena pellecti, quæ beatum hominem adeo facere non possunt, ut multos admodum, idque non raro, pœniteat insumptæ operæ.

De Astronomia. Cap. XXX.

SVpremo iamloco sese offert astrologia, quæ & astronomia, tota prorsus fallax poetarumq; fabulamentis multo nugacior: cuius magistri audaces profecto homines, & prodigiorum autores, impia curiositate, pro eorum libito, supra humanam sortem (tanquam Basilides hæretici abraxas) fabricant orbes cælorum, siderũ mensuras, motus, figuras, imagines, numeros, concentusq;, tanq̃ nuper e cælis delapsi, ac in illis aliquandiu uersati, depingunt: quibus omnia stare ac fieri atque sciri posse arbitrantur, deijs ipsis tamen admodum inter se dissidentes, contrarij, & adhuc pugnãtes, ut cum Plinio dicere non dubitem, huius artis inconstantiam palam arguere, ipsam esse nullam: cum de eius etiam principiis aliter sentiant Indi, aliter Caldæi, aliter Aegyptij, aliter Mauri, aliter Iudæi, aliter Arabes, aliter Græci, aliter Latini, aliter antiqui, aliter recentiores. Nam de numero sphærarum tractantes, Plato, Proclo, Aristoteles, Auerrois, ac omnes ferme ante Alphonsum astrologi, præter paucos, octo duntaxat sphæras numerarunt. Hermeten tamen & aliquot Babylonios, dicunt Auerrois & Rab. Isaac nonum orbem posuisse: cui opi-

Astrologia.

nioni adhæret Azarcheles Maurus, atq; Tebith, & idem doctus Rabi Isaac, & Alpetragus: quibus adstipulat Albertus Teutonicus, suo a uo nescio quo facinore magnus, & omnes qui motum accessus & recessus pbauerunt. Iuniores aūt astrologi nūc decem orbes censent, quos ipse Albertus etiam Ptolemęum tenuisse putat. Auerrois quoq; nouem illum censere arbitratus, cum tamē reuera nō plures octo adfirmet Ptolemæus. Sed & Alphonsus secutus aliqn iudicium Rabi Isaac, cognomento Bazam, nouem sphęras tenuit: sed post q̄tuor annos ab editione tabularū suarū, adherens sentētijs Albuhassen Mauri, atq; Albategni, sese reuocauit ad octo Ipse etiam Rabi Abraā Auenazre, & Rabi Leui, ac Rabi Abraam Zacutus, nullum orbem mobilem supra octauum esse autumant. Sed & de motu octaui orbis, ac stellarum fixarum admodum inter se uariant. Chaldæi enim atq; Aegyptij illum unica duntaxat latione ferri adfirmant, quibus assentiunt Alpetragus, & ex recentioribus Alexander Aquilinus, cæteri autem astronomi ab Hipparcho ad nostra usq; tempora, illum pluribus motibus circunagi dicunt. Iudæi Talmudistæ illi duplicem motum assignant. Azarcheles atq; Tebith, & Iohānes de monte regio montū trepidationis, quē dicunt accessus & recessus, sup paruis circulis circa capita Arietis & Librę illi adscripserūt, sed in hoc à seinuicē differētes, quod Azarcheles ait, caput mobile à fixo, nō plus decem partib9 distare posse: Tebith aūt, non plus partibus quatuor, cū decem & nouem ferme minutijs: Iohannes de regio mōte, non plus partib, octo. atq; idcir

co ſtellas fixas non ſemper ad eandē mundi partem uergi,ſed qñq; reuerti unde cœperunt arbitrantur, ſed Ptolemæus,Albategni, Rabi,Leui, Auenazre, Zacutus:& inter recentiores Paulus Florētinus,et Auguſtinus Ritius,mihi in Italia ſumma familiaritate deuinctus,ſtellas iuxta ſignorū ſucceſſiones, ſemper & cōtinuo moueri affirmant. Recētiores autem aſtronomi triplicē octauę ſphęrę motū attribuunt,unum propriū,quē *trepidationis* diximus, qui in ſeptē millibus annis ſemel cōpleatur: alterū quē gyrationis dicunt,à nona ſphæra, cuius circunuolutio non minus q̃ quadraginta nouē millibus annis finietur:tertium à decimo orbe, quem uocant motū primi mobilis,ſiue motum raptus, ſiue diurnum,q intra diem naturalē ad principium ſuum q̊tidie reuertitur. Præterea qui duplicem motum octauæ ſpheræ attribuerunt, non omnes inter ſe conueniunt,nam recentiores ferme omnes,& qui trepidationis motum admittunt,eam à ſuperiori ſpæra rapi argumentantur. ſed Albategni,Albuhaſſen, Alfagranus,Auerrois,Rabi Leui,Abraam,Zacutus,Auguſtinus Ritius, motum diurnum, quem alij motum raptus putant, arbitrantur non eſſe alicuius ſphæræ proprium,ſed à toto fieri cœlo. Ipſe etiam Auerrois ait, Ptolemæum in quodam libro ſuo (quem narrationem inſcripſit) negare motum gyrationis,& Rabi Leui ait,illum cum Auerroe ſenſiſſe motum diurnum fieri à toto cœlo, Rurſus nūc de menſura motus octaui orbis, & ſtellarum fixarum non magis conueniunt. Nam Ptolemæus arbitratur ſtellas fixas moueri in centum annis

uno gradu. Albategni hoc fieri cõtendit in sexaginta sex annis Aegyptijs, cui assentiunt Rab. Leui, Rab. Zacutus, & Alphonsus in correctione tabularũ suarum. Azarcheles Maurus ait, in septuagintaquinq; annis uno gradu moueri, Hipparchus in septuaginta & octo: Hebræorũ plures, ut Rabi Iosue, Rabi Moyses, Maymonus, Rab. Auenayra, & post illos Haly Benrodam, in septuaginta annis. Iohannes de Monte Regio in octoginta: Augustinus Ritius medium tenet, opiniones Albaregni & Hebræorũ, sentiens stellas fixas unã cœli partem, nõ citius quam sexaginta sex, nec tardius q̃ septuaginta annis moueri: sed & Rab. Abraam Zacuti (ut narrat Ritius) testatur ex Indorũ traditione, esse adhuc in cœlo duas stellas sibi diametraliter oppositas, q̃ cursum suum cõtra signorum ordinem, nõ nisi in centum & q̃dra ginta quatuor annis cõpleant. Ipse etiã Alpetragus arbitrat̃ esse adhuc in cœlis uarios motus hominibus ignotos: q̃d si ita est, possunt & inibi esse stellæ & corpora, q̃bus motus illi cõueniant, q̃ aut cernere homines nõ possunt, ꝓpter exhuberantiam altitudinis, aut hactenus nulla adhuc artes obseruatiõe deprehenderunt: cui assentit etiã Fauorinus philosophus apud Gellium, in oratione sua aduersus genethliacos. Restat igitur, nullum adhuc astronomum e cœlis descendisse qui uel motũ aplanes uerum, certumq; nos docere potuerit. Nec ipse etiam Martis uerus motus hucusq; cognitus fuit: quod ipse etiam conqueritur Iohannes de Monte Regio, in epistolã quadam ad Blanchinum, eiusdemq; motus errorẽ etiam quidam Guilhelmus de sancto Clodo aldo,

insignis astrologus, in suis obseruationibus ante ducentos & plures annos scriptum reliquit, nec posterorum quisquam hũc hacten9 correxit. Quin & uerum solis ingressum] in puncta æquinoctialia inuenire impossibile est, quod Rab. Leui multis rationibus probat. Sed quid dicemus de postea compertis. quomodo circa illa aberrarunt priores? Nã multi cum Tebith, maximam solis declinationẽ continuo uariari arbitrati sunt, cum tamen una semper mensura feratur. Aliter tamen de illa opinatus est Ptolemæus, aliter compertũ est per Abbaten, Rab. Leui, Auenazram, & Alphosum. Similiter etiam de motu solis & anni mensura, aliter illi compertũ habent, quàm Ptolemæus & Hipparchus tradiderũt. Similiter de motu augis solis, aliter Ptolemæus, aliter Albategni ac cæteri sentiunt. De cæli insuper imaginibus, ac stellarum fixarum cõsideratiónibus, aliter Indi, aliter Aegyptij, aliter Chaldæi, aliter Hebræi, aliter Arabes, aliter Timotheus, aliter Arsatilis, aliter Hipparchus, aliter Ptolemęus, aliter recentiores tradiderunt. Transeo hic de cęli principio, dextro atq; sinistro, quàm desipiunt, narrare: de quibus tamen sanctus Thomas Aquinas, & Albertus Teutonicus theologi, dum aliquid seriose dicere conarentur, nihil inuenire potuerunt quod ostenderẽt, nec ullus certe inuenire poterit unquam. Quin & galaxias, hoc est, lecteus circulus quid sit, adhuc ab astrologis ignoratur. Transeo etiam de excentricis, concentricis, epicyclis, retrogradationibus, trepidationibus, accessibus, recessibus, raptibus, cæterisq; motibus, & motuum circu-

Luctius circulus incognitus.

lis sermonē ꝓrogare, cum om̄ia hæc nō sint nec dei nec naturæ opa, sed mathematicorū monstra, & fingentiū nugę, à corrupta philosophia, & poetarū fabulis deriuata, quibus tn̄ ueluti rebus ueris & a deo creatis, aut a natura firmatis, nō pudet magistros illos tm̄ attribuere fidei, ut in has nugas ueluti causas referant, quæcunq; in istis fiunt inferioribus, illosque confictos motus, dicunt esse principia omnium motuum inferiorum. Astronomos istos Anaximenis serua non sperendo dicto opportune castigauit, hæc enim cōsueuerat una cum hero Anaximene ambulare, qui cum q̄dam die sidera inspecturus, domo maturius exiuisset, immemor situs loci, dum securius cœlum intuendo explorat astra, in subiectam cecidit foueam, dixitq; tunc ancilla: Miror here, qua ratione quæ in cœlo sunt præscire existimas, cum quæ sunt ante pedes, nequeas preuidere. Legitur eadem facetia Thales Milesius ab ancilla Threissa correptus. Haud absimile de illis ait Tullius, ingens: Astrologi dum cœli scrutant̄ plagas, ꝙ ante pedes est nemo eorum spectat. Ego q̊q; hanc artem a parentibus puer imbibi: deinde non modicum temporis & laboris in ea amisi, tandem didici, totam hanc & omnem, nullo alio fundamento inniti, nisi meris nugis & figmentis imaginationum, tædetq; & pœnitet insumptæ olim operæ, cuperemq; omnem illius memoriam usumq; expoliare, abieciq; iamdudum ex animo, nec reassumerem unquam, nisi me potentum uiolentæ preces (qui solent nōnunquam ad indigna artificia etiam magnis probisq; ingenijs abuti) sæpe rursus impingere compellerent,

suaderetq́; domestica utilitas, me aliquado illorum frui debere stultitia, & nugas tanto pere cupientib9, nugis obsequi: dico quidem nugis, quid eñ habet astrologia, nisi meras poetarum nugas & fabulas, portentosaq́; figmēta, quibus cælū ipsum refertissimum commenti sunt? Neque uero ulli hominum generi plus inter se conuenit, q̃ astrologis cum poetis, nisi q̊d de Lucifero & uespere inter se dissentiunt, poetis asserentibus, quo die Lucifer ante orientem solem apparuerit, eodem occidentem solem subsequi quod eodem die fieri posse Astrologi negant fere omnes, præter illos, qui Venerē supra solem locant, quia stellæ quæ longe ultiores sunt, nobis in ortu citius oriri, & in occasu serius recidere uidentur. Sed hãc astrologorum de situ stellarum, siun planetarum discordiam, nisi nunc recordatus, præterijssem, siquidem non tam astrologorū, quã philosophorum est. Nam Plato post lunam secundam sphæram solis locat, idem faciūt Aegyptij, inter lunam & Mercurium solem collocantes. Archimenides autē & Chaldæi solem in ordine quartum collocant. Anaximander, & Metrodorus Chius, & Crates, solem omnium supremum constitutū dicunt, post quem lunam, infra has cęteras errãtes inerrantesq́;. Xenocrates omnes una eademq́; in superficie stellas moueri putat. Non minus de solis et lunæ cæterarumq́; stellarū magnitudine & distantia discordant, nec ulla inter eos de cælestibus opinionum constantia nec ueritas, nec mirum id, cum cælum ipsum quod scrutantur, omnium sit in con-

stantissimum, nugisque & fabulis repletissimum: nã ipsa duodecim signa, reliquæque & boreales & australes imagines, non nisi fabulis in cælum ascenderunt, atque tamen in his fabulis uiuunt, imponunt, lucrantur astrologi, poetis interim eorundem inuitoribus egregie esurientibus.

De Astrologia iudiciaria.

Caput XXXI.

Restat adhuc altera Astrologiæ species, quã diuinatoriã uocãt, sed iudiciariam, quæ agit de reuolutionibus annorum mundi, de natiuitatibus, de quæstionibus, de electionibus, de intentionibus & cogitationibus, de uirtutibus, ad oĩm futurorũ etiam, uel diuinę ꝓuidentiæ arcanarũ dispositionum euentus prędicendos, euocandos, deuitandos uel repellendos. Hinc astrologi cælorum siderumque effect9 à remotissimis annis, ac ante omnem rei memoriam, aut Promethei tẽpora, à magnis (ut aiunt) & ante diluuias cõiunctionibus nundinantur, omniumque animantium, lapidum, metallorum, herbarũ, & quęcũque in his inferioribus creata sunt, effect9, uires ac mot9, ab his ipsis cælis sideribusque defluere, omninoque dependere ac indagari posse affirmant, homines profecto increduli, nec min9 impii, uel hoc unum non agnoscentes, quod deus iam herbas, plantas, arbores, ante cælos & stellas cõdiderat. Quin grauissimi quoque philosophi, ut Pythagores, Democritus, Bion, Fauorinus, Panætius, Carneades, Possidonius, Timæus, Aristoteles, Plato, Plotin9, Porphyri9, Auicẽna, Auerrois, Hippocra

Dei operationes astris attribuunt

tes, Galenus, Alexander, Ahprodisius: ꝑterea Cice
ro, Seneca, Plutarchus, & alij multi, q ab omi arte
& scientia rerũ causas scrutati sunt, nusq̃ nos in has
astrologicas causas remittũt, q̃ etiã si causę essent,
tñ quia stellarum cursus, & earum uires non plane
cognoscuntur, quod omnibus sapientibus notissi-
mum est, de eorum effectibus certum iudicium dare
non possent. Nec uero desunt inter ipsos, ut Eudo-
xus, Archelaus, Cassandrus, Hoychilax, Hallicar-
nasseus pitissimi mathematici, & multi alij recẽtio
res, grauissimiq; autores, q fatent̃ impossibile esse
posse quicq̃ certi de iudiciorum scientia inueniri,
cum propter innumeras cooperantes cum cælo ali
as causas, q̃s simul attendere oportet, iubetq; etiam
Ptolemæus: tũ quia obstant illis occasiones q̃ plu
rimę, ut puta cõsuetudines, mores, educatio, pudor,
imperiũ, locus, genitura, sanguis, cibus, animiq; li-
bertas & disciplina, cum influxus illi non cogant,
ut aiunt, sed inclinent, Prętereaqui iudiciorum re-
gulas perscripserunt, tam diuersa plurimumq; pu-
gnãtia eadem de re statuunt, ut impossibile sit pro-
gnosticatorem, ex tot tam uarijs dissonisq; opinio-
nibus, aliqd certi posse ꝓnunciare, insi insit illi in-
trinsecus quispiã futurorũ occultorumq; sensus ac
pręsagij instinctus, siue potius occulta latẽs dęmo
nis inspiratio, quo inter hæc ualeat discernere, seu
alio quouis modo, nunc illi, nũc alteri opiniõi ad-
hęrere inducat̃, q̃ instinctu si quis careat, is in astro
logicis iudicijs (ut ait Haly) ueridicus esse non po-
test, quare iam non tam arte, quàm obscura quadã
rerum sorte astrologica cõstat prædictio: & sicut

non arte, sed sorte, ex ludorũ codicillis uersus exit nonnunquam uerum ꝓnuncians, sic etiam ex animo astrologi non arte, sed sorte ꝓdeunt uaticinia, cui attestatur etiã Ptolemæus: Scientia (inquiens) stellarum, ex te & ex illis est, indicans futurorũ occultorumq́ꝫ prædictionem, non tam esse ex obseruatiõe stellarũ, quàm ex animi affectibus. Nulla igitˀ est certitudo huius artis, sed conuertibilis est ad oĩa secundum opinionem, quæ coniecturis aut existimatione, aut imperceptibili dæmonum afflatu, aut superstitiosa sorte colligitˀ. Nil igitur aliud est hæc ars quàm superstitiosorum hominum fallax coniectura, qui ob multi temporis usum de rebus incertis scientiam fecerunt, in qua emungendæ pecuniæ gratia decipiant imperitos, atq́ꝫ ipsi simul decipiantur.

Cautela astrologorum.

Quod si ars istorum uera est, & ab illis intelligitur, unde tot & tanti errores ebulliunt in eorũ prognosticationibus? sin minus, nonne frustra & stulte & impie de rebus nullis aut non intellectis scientiam ꝓfitentur? Sed cautiores illorũ, de futuris non nisi obscura pronunciant, & quæ ad omnem rem et tempus, & principem, & nationem applicari possunt, ambigua prognostica, artificiosa uersutia confingunt. Postea uero q̃ aliquid horum acciderit, tũc illi⁹ colligunt causam, atque post factum uetera uaticinia nouis rationibus stabiliunt, ut uideantˀ ꝑuidisse, quemadmodum somniorum interpretes, ubi somnium uiderint, nihil certi intelligunt: ubi autẽ post aliquid eis euenerit, tũc ad id quod accidit, aptant etiam somnium uisum. Præterea cum impossibile sit, in tanta stellarum uarietate non semp inue-

nire q̃sdam bñ, quasdam male positas, occasionẽ ca piunt ex his dicendi quod uolunt, & q̃bus uolunt, ui tam, salutem, honores opes, potentiã, uictoriã, sa nitatẽ, sobolẽ, amicos, coniugia uel sacerdotia, magistrat9 similiaq́ꝫ p̃dicant. Quod si q̃bus sint male ꝓpicij, ijs mores, suspẽdia, dedecora, clades, exilia, orbitates, languores, calamitates q; renunciant, non tam ex scelerata arte, q̃ ex sceleratis affectib9, huic impiæ curiositati credulus hoĩes ꝑtrahentes in exitiũ, populos ac principes sæpe funestis seditionib. ac bellis inter se cõmittẽtes. Quod si cum ꝓgnosci tis illorum fortuna coincidat, ut inter tot ambigua unũ aut alterũ uerũ euenerit, mirũ q̃ tunc cristas erigũt, q̃ id insolentissime p̃dicãt. Quod si assidue mentiunt, cõuincant mendacij, id tunc excusant blasphemia, uel mendacium mendacio tegunt, inquentes, sapientem dominari astris, cum reuera, nec astra sapienti, nec sapiens astris, sed utrisq́ꝫ dominetur deus: aut aiunt, ineptitudinẽ recipiẽtes, cęlestibus influxibus obstitisse. Vlteriorem autem fidem requirentibus irascunt: & inueniunt circulatores illi interim principes & magistratus, qui in illis credãt oĩa, ac ornẽt publicis stipendijs: quum re uera nullum genus hominum reipub. sit pestilentius q̃ istorũ, qui ex astris, ex inspectis manib. ex somnijs, cõsimilibusq́ꝫ diuinationũ artificijs, futura pollicent, & uaticinia spargunt, hoĩes insuper & Chr̃o & oĩbus in illum credentibus semp offensi: de quib9 Cornelius Tacitus cõqueritur: Mathematici, sic enim eos uulgo nominant, inquiens, genus hominum principibus infidum, credentibus fallax, à ciuitate nostra

Astrologi reip. obsunt.

semper ꝓhibentur, sed expelluntur nunq̃. Quin & Varro autor grauis, oĩm supstitionum uanitates ex astrologiæ sinu ꝓfluxisse testatur. Erat etiam in Alexandria uectigal, q̊d astrologi psoluebant blacenominon, à stultitia sic nuncupatum, q̃a ex ingeniosa stultitia quęstum facerẽt, nec nisi stulti & temerarij homines illos consulere soleant: quippe si ab astris est hominum uita atq; fortuna, quid timem9? quid solicitamur? quin deo hæc & cœlis, q nec errare, nec malũ agere possunt, relinquamus: atq; homines cum simus, non plus q̃ oportebat ultra uires nostras altum, sed humana duntaxat sapiamus: quin et Christiani cum simus credentes Christo, linquam9 horas & momenta deo patri, qui ea posuit in sua potestate. Quod si uero uita nostra atq; fortuna ab abstris nõ sunt, nonne in uacuum currit omnis astrologus? Sed est hominum genus adeo timidulum credulũq;, q tanq̃ pueri ad lemurũ fabulas plus timẽt, credũtq; ea quę nõ sunt, q̃ ea quæ sunt: atq; quo res est minus possibilis, hanc eo timent magis: atq; est q̊ uerisimilis minus, hãc eo firmius credunt: q ꝓfecto si non essent, astrologi & diuinatores perirent fame: atq; horum stulta credulitas p̃teritorum oblita, p̃sentium negligens, in futura p̃ceps, sic deceptoribus illis fauet, ut cum in cæteris hominibus uno mendacio tam suspecta fides reddatur dictis, ut reliqua omnia uera obscurent: contra tn his mendaciorũ magistris, una fortuita ueritas, etiã publicis mendacijs faciat fidem: quibus ꝓfecto qui maxime cõfidunt maxime omnium redduntur infelicissimi, ut solent supstitiosæ illæ nugæ pniciem suis adferre

cultoribus: ꝙ in Zoroastæ, Pharaone, Nabuchodonosor, Cæsare, Crasso, Pompeio, Diotharo, Nerone, Iuliano apostata testatur antiq̃tas, qui ut his numinis fuere deditissimi, sic earundem confidentia pientissime infelicissimi, & q̃bus læta cũcta ꝓmiserant astrologi, mœsta ꝓuenerunt oĩa, ut Pompeio Crasso, & Cæsari, q̃bus neminem eoꝝ, nisi iam senem, nisi domi, nisi cum gloria morituꝝ ꝓmiserunt, attamen q̃s que eorum male & immature perijt. Pertinax ꝓfecto & ꝑposterorum hoĩm genus, futura se ꝓ scire q̃ ꝓfiteantur, ꝑteritorum & ꝑsentium ignari: & cum oĩbus oĩa occultissima se dicturos ꝓfiteantur, q̃d in propria domo, quid in thalamo suo fiat, sæpissime nesciunt: cuiusmodi astrologum Morus Anglicus hoc epigrammate perpulchro taxauit:

Astra tibi æthereo pandunt sese omnia uati,
  Omnibus & quæ sint fata futura, monenti.
Omnibus ast uxor ꝙ se tua publicat, id te
  Astra (licet uideant omnia) nulla monent.
Saturnus procul est, iamq́ꝫ olim cæcus, ut aiunt,
  Nec prope decernens à puero lapidem.
Luna uerecundis formosa incedit ocellis,
  Nec nisi uirgineum uirgo uidere potest.
Iuppiter Europe, Martẽ Venus, & Venerem Mars,
  Daphnen Sol, Hircen Mercurius recolit.
Hinc factũ astrologe est, tua cũ capit uxor amãtes,
  Sydera significent ut nihil inde tibi.

Præterea q̃ inter se de his ipsis iudicioꝝ regulis dissentiant Iudæi, Chaldæi, Aegyptij, Persæ, Græci, Arabes, oĩbus notum est, & q̃uo om̃ium antiq̃rum astrologiam abijcit Ptolemeus, & hunc ut defendit

Auẽrodam, ita laceſſit Albumaſar: atq; oẽs hos lacerat Abraam Auenazre Hebręus: deniq; Dorotheꝰ, Paulus Alexandrinꝰ, Epheſtion, Maternus, Aiomar Tebith, Alchindus Zahel, Meſſahalla, & fere oẽs alij aliter ſentiũt & opinanẽ, & cum q̃ dicunt, ꝓbare uera neq̃unt, ſola expimenti ratione ſeſe tuenẽ, nec ſup ea q̃dem oẽs unanimiter cõueniunt: neq; minus de domorũ ꝓprietatib. ex q̃bus oĩm euentuũ ꝓdictionem uenant, diſcrepãt, q̃ aliter aſſignat Ptolemęꝰ, aliter Heliodorus, aliter Paulus, aliter Manlius, aliter Maternus, aliter Porphyrius, aliter Abenragel, aliter Aegyptij, aliter Arabes, aliter Græci & Latini, alit̃ ueteres, aliter recẽtiores. Q̃nquidẽ etiam initia finesq; domorũ, q̃dammodo cõſtituere oporteat, inter eos nondũ liquent: cum hæc aliter fabricãt antiq, aliter Ptolemęus, aliter Cãpanus, aliter Iohãnes de regio mõte. Vñ fit, ut ſuis ipſimet obſeruationib. ſibi fidem adimant, cũ locis eiſdem diuerſi diuerſas adſcribunt ꝓprietates, initia, atq; fines: impiũ hoĩm genus, q̃ quæ ſolius dei ſunt, tribuunt aſtris: & nos liberos natos, ſiderum ſeruos faciunt: & cum ſciamus deum creaſſe oĩa bona, illi ſtellas aliq̃s maleuolas, & ſcelerũ autores, & malorum influxuum tradunt, nõ abſq; maxima dei cœlorumq; iniuria, ſtatuentes in cœleſtib. in illo diuino ſenatu, mala & ſcelera facienda decerni, & quicq̃d à nobis uoluntatis culpa ꝑpetratur, q̃cquid uitio materiæ in natura præter ordinẽ accidit, totum imputant ſideribus. Iam uero & hæreſes & infidelitates pernicioſiſſimas docere non uerentur, uidelicet, dum donum ꝓphetię, uim religionum arcana con-

ſcientiæ, imperium in dæmones, uirtutem miraculorum, efficaciam ſupplicationũ, & futuræ uitæ ſtatum, om̃ia pendere ab aſtris, ab illis largiri, ex illis cognoſci, impia temeritate fatentur. Dicunt enim aſcendente Geminorum ſidere, idq́ꝫ Saturno Mercurioq́ꝫ ſub Aquario iũctis, in nona cæli plaga, naſci prophetam, ideoq́ꝫ Chriſtum dominum tot claruiſſe uirtutibus, quia eo in loco Saturnum habuerit in Geminis, Religionum etiã ſectas, quibus Iouem præcipuum præficiunt patronum, per cæterarum ſtellarum commixtiones diſtribuunt ita, ut Iupiter ille cum Saturno religionem faciat Iudæorũ: cum Marte, Chaldæorum: cum Sole, Aegyptiorũ: cum Venere, Saracenorum: cum Mercurio, Chriſtianorum: cum Luna, eam quam futuram dicunt Antichriſti, atq́ꝫ Moyſen Iudæis ſabbati diem ex aſtrologicis rationib. inſtituiſſe religioſum, ideoq́ꝫ errare Chriſtianos, q̃ diem ſabbati Iudæorum ritu operibus uacantes non feriant, cum ſit illa dies Saturni. Fidelitatem autem cuiuſq́ꝫ, cum ad homines tum ad deum, profeſſamq́ꝫ religionem, cõſcientiæ etiam arcana, à parte Solis, ac tertia, nona, undecimaq́ꝫ cœli domicilijs deprehendi poſſe putãt: p̃noſcẽdisq́ꝫ hominum cogitationibus, & ut aiunt, intentionibus multi multas admodum regulas tradunt, ipſisq́ꝫ diuinæ om̃ipotentiæ miraculoſis operibus, puta uniuerſalis diluuij, & datæ p̃ Moyſen legis, ac uirginis puerperio, cæleſtium configurationes cauſas p̃ficiunt, ac Chriſti redemptricem humani generis mortem, Martis opus fuiſſe fabulantur. Quia Chriſtũ ipſum in miraculis ſuis horarum electione uſum,

quibus illum Iudæi lædere non possent, dum ascen-
deret Hierosolymam: ideoque uetantibus discipulis
dixisse: Nonne duodecim horæ sunt diei? Dicunt pre-
terea, si cui mars in noua cæli domo feliciter loca-
tus fuerit, hunc dæmones ab obsessis sola præsentia
expulsurum: qui uero, Luna atque Ioue cum capite
draconis in medio cælo coniunctis, deo supplicaue-
rit, omnia illum quæcunque petierit, impetraturum:
porro futuram uitæ felicitatem à Ioue Saturnoque
largiri. Quod si qui Saturnum in leone feliciter
constitutum habuerit in genesi, eius animam post
hanc mortalem uitam, innumeris angustijs libera-
tam, ad cælum & originis suæ primordia, applica-
tam dijs, transituram. Atque tamen istis execran-
dis nugis perniciosissimisque hæresibus, Petrus Appo-
nensis, Rogerius, Bacon, Guido, Bonatus, Arnoldus
de Villa noua philosophi, Alyacēsis Cardinalis &
theologus, & plerique alij Christiani nominis do-
ctores, haud absque hæreseos infamia subscribunt,
& sese uera hæc expertos esse testari atque tueri au-
dent. Scripsit autem aduersus astrologos recentiori-
bus annis duodecim libris Iohannes Picus Miran-
dula copia tanta, ut uix ullum præterierit argumen-
tum, tanta autē efficacia, ut hactenus nec Lucius Ba-
litius acerrimus astrologiæ propugnator, nec ali-
us quisquam huius artis defensor, hāc ab adductis
a Pico rationibus potuerit saluare. Is enim probat
ualidissimis argumentis, illam non hominum, sed
malorum dæmonum fuisse inuentum, quod idē eti-
am Firmianus ait, perquam illi omnem philosophi-
am, medicinam, legesque atque religionem, in humani

generis exterminiū nisi sunt abolere. Nam primum quidem religioni fidem adimit, miracula extenuat, prouidentiam tollit, dum omnia constellationum ui prouenire, & à sideribus fatali necessitate pendere docet: insuper uitijs patrocinatur, excusans quasi cælitus in nos descendentibus, bonas quascunq; artes contaminat atq; euertit, in primis philosophiam, rerum cauass à ueris rationibus ad fabulas traducens, deinde medicinam a naturalibus efficacib9 que remedijs, ad uanas obseruationes, peruersasq; & corpori & animo exitiales superstitiones cōuertens. Porro leges, mores, & quascunq; humanę prudentiæ artes in totum pessundans, cum quo tempore, quibus medijs quid agendum, sola astrologia cō suleretur, solaq; uitæ & morum & reipub. & priuatæ sceptra teneret tanq̄ de cœlo omnium habens autoritatem, uanaq; putarentur cętera omnia, qua hāc non agnoscerent patronam. Dignissima profecto ars, quam olim etiam dæmones profiterentur, in fallaciam hominum, & in iniuriam diuinitatis. Iam uero & Manichæorum hæresis arbitrij libertatem in totum tollens & auferens, non aliunde emanauit quam ex astrologorum de fato falsa opinione atq; doctrina. Ex eodem fonte & Basilidis hæresis emanauit, qui trecentos sexaginta quinque cœlos, per successionem & similitudinem ab inuicem factos pronunciauit, & horum ostensionem esse numerum dierum anni, atque singulis eorum certa principia, & uirtutes, & angelos assignans, atque illis nomina adfingens: esse autem omnium principem Abraxas, quod nomen iuxta Græcam literaturam, con-

tinet in se tercentũ sexagintaquinq́;, quot uidelicet sunt illorũ cœlorum locales positiones, ab illo com mentæ. Hęc ideo narrata sunt, ut cognoscatis astro logiam, etiam hæreticorum ꝓgenitricem esse. Por ro astrologiam hãc diuinatoriam, sicut splendidissi mi quiq́; explodunt philosophi, sic Moyses, Isaias, Iob, Ieremias, cæteriq́; antiquę legis detestant pro phetæ: & e catholicis doctorib9 Augustinus, illã à Christiana religione expellendã censet: Hieronymus hanc idolatriæ genus esse disputat. Rident eã Basilius & Cyprianus: refutant Chrysostomus, Eusebius & Lactantius: inuehunt Gregorius, Ambrosius atq́; Seuerianus: sanctumq́; Toletanũ concilium eã prohibet atq́; damnat, etiã in synodo Martini, & abs Gregorio iuniore, & Alexandro tertio põtificibus anathematizata, & à ciuilib9 imperatorum legib9 punita. Apud ueteres Romanos sub Tiberio, Vitellio, Diocletiano, Cõstantino, Gratiano, Valentiniano, Theodosio imperatorib9, urbe ꝓhibita, eiecta atq́; punita, ab ipso etiã Iustiniano capitis supplicio ꝑcussa, q̃d ex codice eius manifestum est.

De diuinationibus in genere. Cap. XXXII.

De diuinatione in genere

ADmonet hic locus etiam de cęteris diuinationum artibus dicere, q̃ non tam obseruatione cælestium, q̃ rerum inferiorum, quãdam cælestiũ umbram & imitationẽ habentiũ uaticinia prębent: ut illis intellectis, meli9 cognoscatis hanc astrologicam arborẽ, de qua tales fruct9 descendũt, atq́; abs qua uelut Lernæa hydra multorũ capitum fera generata est. Inter artes itaq́; ad diuinãdi quę-

stum ꝓperantes, physionomia, metoposcopia, chiromantia, geomantia (de qua etiam supra diximus) aruspicia, speculatoria, & onirocritica, q̃ est somniorum interpretatio, ac furētium oracula hic sedem sibi uendicarunt. Omnia aũt hæc artificia nullius solidæ doctrinæ sunt, nec ullis certis rationibus constant, sed de rebus occultis, aut fortuita sorte, aut spiritus agitatione, aut apparentibus q̃busdam coniecturis inq̃runt, quę ex q̃tidianis & longi temporis sumptę sunt obseruationibus. Solent enim omnes illę diuinationũ prodigiosę artes, nõ nisi experientię titulo se defendere & se obiectionũ uinculis extricare, q̃ties aliquid supra fidem ac ꝑter rationem doceant polliceanturq́ʒ, de quibus omnibus sic in lege p̃ceptum est: Non inueniatur in te, qui collustret filium, ducens per ignem, & ariolos sciscitetur, aut obseruet somnia atq; auguria: nec sit maleficus, nec incantator: quoniam hæc abominatur dominus.

De Physionomia. Caput XXIII.

HArum itaq; physionomia, naturã (ut ait) ducem secuta, ex totius corporis inspectione, q̃ sunt animę & corporis affectiones, quę hominis fortuna, ꝓbabilibus signis se assequi posse p̃sumit, q̃tenus hunc Saturnium aut Iouistam, illum Martium aut Solarem, alterum Venereum, Mercurialem aut Lunarem ꝓnunciat, & ex corporis habitudine illoꝝ horoscopia colligit, ex effectibus paulatim, ut aiunt, ad causas uidelicet astrologicas trãscendens, ex quibus postea mẽtitur quicquid libet. Physionomia.

De metoposcopia. Cap. XXXIIII.

MEtoposcopia autem, ex solius frontis inspectione omnia hominum initia, progressus & fines, sagacissimo ingenio, ac docta experientia se præsentire iactat, ipsa se etiam astrologiæ alumnam faciens.

De Chiromantia. Cap. XXXV.

Chiromantia. CHiromantia autem, in uola manus, pro numero planetarum septem montes effingit: atque ex lineis, quæ ibi conspiciuntur, quæ hominis complexio, qui affectus, quę uita, quæ fortuna, sese posse cognoscere arbitratur, per lineorum harmonicam correspondentiam, ceu ꝑ cælestia quædam stigmata nobis à deo natura illic impressa, & Iob. 37. quæ deus autore Iob posuit in manibus hominum, ut inde noscat unusquisque opera sua: quãuis reuera diuinus ꝓpheta ille non de chiromantica uanitate, sed de arbitrij libertate locutus fuerit. Præterea tuentur se prædicti diuinatores, quod licet nõ per rerum causas, tamen per signa ab eisdem, similibusve causis impressa, quę semp sinit eadem reb⁹ eisdem, similiaque similibus de effectibus possent iudicare: dicuntque ijs artibus usum quondã Pythagoram, q adulescentũ mores, naturas, ingenia, ex oris & uultus, totiusque corporis filo ac habitu coniectabatur: quemque idoneum iudicabat, hunc in disciplinam recipi iubebat. Idem consueuisse Pharaonem Indorũ regem narrat Philostratus: uerum harum oĩm artium errorem non alia ratione nobis impugnare necesse est, nisi ea ipsa, quod deficiunt uidelicet omni rõne. Scripserunt tamen de istis ꝑmulti ex antiquis uiri grauissimi, Hermes, Alchindus, Pythagoras,

Pharaotes Indus, Zopyrus, Helenus, Ptolemæus, Aristoteles, Alphorabius: præterea Galenus, Auicenna, Rasis, Iulianus, Maternꝰ, Loxius, Palęmon, Constantinus, Africanus: ex Romanis deniq; principibus Lucius Sylla & Cęsar dictator, eius studio sissimi fuere. Ex posterioribus uero Petrus Apponensis, Albertꝰ Teutonicus, Michael Scotus, Antiochus, Bartholomæus Coclitis, Michael Sauonarola, Antonius Cermisonus, Petrꝰ de Arca, Andreas, Tricassus Mantuanus, Iohannes de Indagine, & plerique alij illustres medici: omnes tamen ultra coniecturas, & experientię obseruationes tradere queunt nihil: non esse autem coniecturis illis & obseruationibus ullam ueritatis regulam, ex eo manifestum est, quia figmenta sunt uolūtaria, & super quibus ipsi etiam æqualis doctrinæ & autoritatis illarum doctores non concordant. Quare uehementer delirant errantq; omnes, qui per hæc signa, ultra corporis complexionem, & naturæ dispositionem, motus quoque ipsos & fortunæ animique affectus, prædicere uolunt, quod in Zopyri iudicio de Socrate satis comprobatum est. Nec uobis fidem faciat, quod Appion grāmaticus scriptum reliquit, Alexandrum quendam tam discrete imaginum similitudines pinxisse, ut ex his metoposcopus futurę aut præteritæ mortis annos dixerit, quod quidem posse ijs artibus sciri, nō tam incredibile est, quàm impossibile. sed solet hoc nugiuendum hoīm genus instinctu malorum dæmonum sic dilirare, trahentium illos ab errore in superstitionē, & ab hoc paulatim in infidelitatem.

Iterum de geomantia. Cap. XXXVI.

GEomantiam etiã, de qua & in Arithmetica locuti sumus, quę ꝑiectis punctis, uel casu, uel ui q̃dam deductis, ex qbus per pares & impares numeros, figuras q̃sdam cœlestibus attributas cõponit, ꝑ quas diuinatur, idcirco oẽs illius scriptores astrologiæ filiam testãt. Est & alia Geomantię species, quã Almadal Arabs introducit, quæ ipsa ꝑ coniecturas quasdã, a similitudinibus sumptas ex terrę crepitu motu, scissura, tumore uel spõte, uel ab æstu & caumate, aut tonitruis ꝓuenientibus diuinatur, quæ ipsa etiã inani astrologiæ supstitione fulcitur, horas, lunationes & siderũ ortus coobseruãs.

De *aruspicia.* Cap. XXXVII.

AVguriũ uero, cuius multæ admodũ sunt species, ars ipsis priscis tẽporibus in magna obseruatiõe fuit, ac tanta, ut nihil eorum quæ ad publica uel ad priuata ptinerent, inauspicate pfecerint. Hæc ars antiqssima est, ut tradit Pomponius Lætus, a Chaldæis ad Gręcos, apud q̃s Amphiareꝰ Tyresias, Mopsus Aphilotes, & Calchas summi augures habiti sunt, à græcis ad Hetruscos uenit, ab illis ad Latinos, & ipse Romulus augur fuit, & magistratus instituit augurijs confirmari, & Dionysius tradit antiquã augurandi artem fuisse etiã Aboriginũ & Ascanium, priusq̃ aciem contra Mesentium educeret, augurium captasse. ꝗ ubi felix conspexit, pugnauit, atq; uicit. Deniq; Phrygij, Pisidæ, Cilices, Arabes, Vmbri, Thusci, & multi alij populi auguria secuti suut. Lacedæmonii etiam regibꝰ suis

augurem assessorem dederunt, & publico interesse concilio uoluere. Et apud Romanos augurum collegium huic arti fidem fecerunt, qui docuerant a cęlestibus corporibus, quædam præsagiorum lumina super animantia quæq; in hæc inferiora descendere, uelut signa quædam in eorum motu, situ, gestu, incessu, uolatu uoce, cibo, colore, opere, euentu, cõstituta, quibus tanq̃ insita quadam ui occulta. ac tacito quodam consensu, cum cęlestibus corporib⁹ quorum uiribus afficiunt̃, sic conueniant, ut possint omnia hæc pręsagire, quæcunq; cælestia corpora cogitarunt facere. Ex q̃ patet hanc diuinationem, nõ nisi coniecturas sequi, partim a siderũ (ut aiunt) influentijs, partim à parabolicis quibusdam similitudinibus sumptas, q̃bus nihil est fallacius: quare rident eam Panætius & Carneades, Cicero, Chrisippus, Diogenes, Antipater, Iosephus & Philo, damnant lex & ecclesia: atq; huiusmodi sunt illa Chaldæorũ Aegyptiorumq́; mysteria, q̃ quondã Hetrusci, deinde Romani & hodie adhuc superstitiosum hominum uulgus uelut oracula adorat.

De Speculatoria Cap. XXXVIII.

EX eodem fundamẽto prodit speculatoria, quę fulmina & fulgura, cæterasq́; elementorum impressiones, insuper ostẽta, portẽta, prodigia interpretatur, non tamen alia uia quàm coniecturæ & similitudinis, quam equidem plurimum errare manifestum est, quod hæc omnia naturalia opera sunt, non prognostica.

De Somnispicia. Cap. XXXIX

Sõniſpi-cia.

ACcedit oniroctitica, quę eſt ſomniorum interpretatio, q̃rum interpretes ꝓprie coniectores uocant, quẽadmodũ canit Euripides:
Qui bene coniectat, is uates optimus eſto.
Cui artificio etiam, & quidem magni philoſophi, haud parum tribuerunt, p̃cipue Democritus, Ariſtoteles, & eius ſectator Themiſtius, atq; Sineſius Platonicus, ſic innitentes exemplis illis ſomniorũ, quę caſus aliquis uera fecit, ut inde nihil fruſtra ſomniari ſuadere conentur. Dicunt eñ quod quemadmodũ cœleſtis influxus, in corporali materia formas producant diuerſas, ſic ex eiſdem influxibus, in potentia phantaſtica, quæ organica eſt, phantaſmata imprimi cœleſti diſpoſitione, effectui cuipiam ꝓducendo conſentanea, maxime uero in ſomnijs, quia animus tunc a corporeis exteriſq; curis relaxatus, liberius diuinos illos ſuſcipit influxus, unde multa dormientibus in ſomniis innoteſcunt, q̃ latent uigilantes. Hac itaq; potiſſimum ratione, ipſis ſomniis ueritatis opinionem conciliare nitunt̃. De cauſis tamẽ ſomniorum, tam intrinſecis quam extrinſecis, non omnes in unam ſententiam conueniunt. nam Platonici illas referunt in ſpecies, & notiones animæ concretas. Auicenna in intelligentiã ultimam mouentẽ lunam, medio illius luminis, quo irradiatur phantaſia hominum, dum dormiunt. Ariſtoteles refert in ſenſum communem, ſed phantaſticum. Auerrois in imaginatiuam, Democritus in idola a rebus deciſa. Albertus in influxum ſuperiorum, mediis tamen quibuſdam ſpeciebus, q̃ continuo defluunt a cœlo, medici in uapores & humores hæc referunt, alii in affe

Controuerſię de ſomniorũ cauſis

ctus & curas uigiliæ, aliqui Arabes in potentiam intellectualem, alii dicunt a potentiis animæ & influxu cœli, & simulachris simul dependere, astrologi illa a suis constellationibus causari uolunt: alii causas illorum in aerem circundantem penetrātemque referunt. Scripserunt præterea de somniorum interpretatione Daldianus & Arthemidorus, & circunferuntur libri sub Abraam nomine, quem Philo in libris de gigantibus, & de ciuili uita asserit somniorū solutiōes primum adinuenisse, & alij sub Salomonis & Danielis nominibus in hanc rem cōficti, in quibus de somnijs nihil nisi mera somnia traduntur. Sed ipse Marcus Tullius in suis diuinationum libris aduersus hanc uanitatē, eorumque stultitiam, qui somnijs fidem habent, ualidissimis rationibus disputat, quas hic enumerare omitto. Somniorū interpretes.

De furore. *Caput* XL.

SEd (quod fere prætermieram) istis somniatoribus eos etiam adnumerem9, qui furentium uaticiniis diuinitatis fidem præbent, eosque, qui & præsentium notitiam, & præteritorum memoriā, omnemque humanum sensum perdiderunt, diuinam futurorum præscientiam assecutos putant, & quæ sapientes uigilantesque nesciunt, uidere insanos & dormientes, ac si illis plus, quam sanis, uigilātibus, intelligentibus, & pręmeditantibus deus sit propinquior: infelices profecto homines, qui his uanitatibus credunt, illisque imposturis obediunt, qui huiusmodi pascunt artifices, illorumque uentri ingenia sua, suamque fidē submittunt. Quid nanque aliud pu- Furentiuu uaticinia.

tabimus furorem, quàm alienationem humani ani
mi ab ipsis malis dęmonibus exagitati, aut p astra,
aut per inferiora instrumenta ab immundis spiriti
bus deducta: quod ita expressisse uidetur Lucanus:
dum inducit Aruum Tuscum uatem,
Fulminis edoctum motus, uenasq; calentes.
Fibrarum, & motus errantis in aere pennæ,
post lustratam urbem, post mactatam uictimã,
post inspecta exta, tãdem figulum in hæc uerba p
tulisse sententiam:
Quod cladis genus o superi, qua peste paratis
Seuitiam: extremi multorum tempus in unum
Conuenere dies. summo si frigida cælo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalionæos fudisset Aquarius imbres,
Totaq; diffuso latuisset in æquore tellus,
Si sæuum radijs Nemeæum Phœbe leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo,
Succensusq; tuis flagrasset curribus æther.
Hi cessant ignes. tu qui flagrante minacem
Scorpion incendis cauda Chelasq; peruris,
Quid tantum Gradiue paras: nam mitis in alto
Iuppiter occasu premitur, Venerisq; salubre
Sidus habet, motuq; celer Cyllenius hæret,
Et cælum Mars solus habet, cum signa meatus
Deseruere suos, mundoq; obscura feruntur,
Ensi feri nimium fulget latus Orionis,
Imminet armorum rabies, ferriq; potestas
Confundet ius omne manu, sceleriq; nefando
Nomen erit uirtus, multosq; exibit in annos.
Omnia itaq; hæc diuinationum artificia in ipsa

astrologia suas radices & fundamenta habẽt. Nam siue corp9, uultus, man9 inspecta sunt, siue somniũ, siue ꝓdigium uisum sit, siue auspicium, siue furor afflauerit, cœli figuram erigendam consulunt, ex cuius indiciis una cum similitudinum, signorumq́ cõiecturis, significatorꝫ uenanť opiniones: ita diuinationes oẽs astrologiæ artẽ usumq́ sibi deposcunt, ut hanc ueluti clauem ad oĩm arcanorum notitiã necessariam fateanť. Quare oẽs hę diuinationũ artes, quãtum absint à ueritate palam sese offerunt ex eo, ꝙ principiis utantur tam manifeste falsis, ac poetica temeritate confictis: quę cum nec sunt, nec fuerunt, nec erunt unquam, tamen causas & signa eorum esse uolunt, quæ sunt, rerum euentus, contra apertam ueritatem in illa referentes.

De magia in genere Cap. XLI.

Magia.

EXigit etiam hic locus, ut de Magia dicamus, nam & ipsa cum astrologia sic coniuncta atq́ cognata est, ut qui magiam sine astrologia ꝓfiteatur, is nihil agat, sed tota aberret uia. Suidas magiam à Maguseis, & nomen & originem traxisse putat. communis opinio est nomen esse Persicum cui adstipulantur Porphyrius & Apuleius, & significare eorum lingua, idem quod sacerdotem, sapientem siue Philosophum. Magia itaque omnem philosophiam, phisicam, & mathematicam complexa, etiam uires religionum illis adiungit. Hinc & Goetiam & Theurgiam in se quoque continet. Qua de causa magiam pleriq́ bifariam diuidunt, in naturalem uidelicet & cæremonialem.

De magia naturali. Cap. XLII.

Magia naturalis.

NAturalem magiam, non aliud putant, quàm naturaliũ scientiarum summam potestatẽ, quam idcirco summum philosophiæ naturam, apicem, eiusq́; absolutissimam consummationem uocant, & quæ sit actiua portio philosophię naturalis, quæ naturalium uirtutũ adminiculo, ex mutua earum & opportuna applicatione opera edit, supra omnem admirationis captum: qua magia Aethiopes maxime & Indi utebantur, ubi herbarum & lapidum, cæterorumq; ad id spectantiũ facultas suppetebat. Eius meminisse uolunt Hieronymum ad Paulinum, ubi ait, Apollonium Tyanæũ fuisse magum seu philosophum, ut Pythagorici. Eius etiam generis fuisse magos, qui Christum natum muneribus inuisentes adorauerunt, quos euãgeliorũ interpretes exponunt Chaldæorum philosophos: quales fuere Hiarchas apud Brachmanas, Tespion apud Hymnosophistas, Budda apud Babylonias, Numa Pãpilius apud Romanos, Zamolxides apud Thracas, Abbaris apud Hyperboreos, Hermes apud Aegyptios, Zoroastes Eromasi filius apud Persas. Nã Indi & Aethiopes, & Chaldæi, & Persæ hac maxime præcelluere magia: qua idcirco (ut narrat Plato in Alcibiade) imbuuntur Persarũ regum filij, ut ad mundanæ reipublicę imaginem suã & ipsi rempublicam administrare, distribuereque condiscant: & Cicero in diuinationũ libris ait, neminem apud Persas regno potiri, qui prius magiã nõ didicerit. Magia itaq; naturalis ea est, quæ rerũ

omnium naturalium atq; cælestium uires contem
plata, earũdemq; sympathiã curiosa indagine scru
tata, reconditas ac latentes in natura potestates, ita
in apertum producit: inferiora superiorum dotibus,
tanquam quasdam illecebras, sic copulans per eorũ
mutuam applicationem adinuicem, ut exinde stupẽ
da sæpe consurgant miracula, non tam arte q̃ natu
ra, cui se ars ista ministram exhibet hæc operanti.
Nam magi, ut naturæ accuratissimi exploratores,
conducentes ea, quæ à natura præparata sunt, ap-
plicando actiua passiuis, sepissimæ ante tẽpus à na
tura ordinatum effectus ꝓducunt, quæ uulgus pu
tat miracula, cum tñ naturalia opa sint, interuenien
te sola temporis ꝑuentione: ut si quis in mẽse Mar
tio rosas ꝓducat, & maturas uuas, aut satas fabas,
uel petroselinum intra paucas horas excrescere fa
ciat in ꝑfectam plantã, & ijs maiora, ut nubes, plu
uias, tonitrua, & diuersorum generum animalia, et
rerum transmutationes quàm plurimas, cuiusmo-
di multas fecisse se iactat Rogerius Bachon pura
& naturali magia. Scripserũt de illius operibus Zo
roastes, Hermes, Euantes rex Arabum, Zacharias
Babylonius, Ioseph Hebreus, Bocus, Aaron, Zeno
tenus, Kirannides, Almadal, Thetel, Alchindus,
Abel, Ptolemæus, Geber, Zahel, Nazabarub, Te-
bith, Berith, Salomõ, Astrophon, Hipparchus, Alc
meon, Apollonius, Tryphon, & pleriq; alij, quorũ
aliqua opera adhuc integra, & pleraque fragmen-
ta adhuc extant, & ad manus meas aliquando per-
uenerunt. Ex recentioribus uero scripserunt in na-
turali magia pauci, & illi quidem pauca, ut Alber-

tus, Arnoldus de uilla noua, Raimundus Lullius, Bachon & Apponus, & autor libri ad Alphōsum, sub Picatricis nomine editus, qui tamen una cum naturali magia plurimum superstitionis admiscet, q̊d quidem fecerunt & alij.

De magia mathematica. Cap. XLII.

SVnt præterea alij naturæ sagacissimi æmulatores, inquisitoresq; audacissimi, qui absq; naturalibus uirtutibus, ex solis mathematicis disciplinis, adscitis cœlorum influxibus, sese naturę operū similia producere posse pollicētur, ut corpora euntia uel loquētia, quę tñ nō habeāt uirtutes animales: q̄les fuit columba Architæ lignea quę uolabat: & statuæ Mercurij, q̄ loquebant̄: & caput ęneū ab Alberto Magno fabricatū, q̊d locutū p̄hibent. Excelluit in istis Boethius, uir maximi ingenij, & multiplicis eruditionis: ad quem de istiusmodi scribēs Cassiodorus: Tibi, inquit, ardua cognoscere, & miracula monstrare propositum est, tuę artis ingenio metalla mugiunt, Diomedes in ære grauius buccinatur, æneus anguis insibilat, aues simulatæ sunt, & quæ uocem propriam nesciunt habere, dulcedinem cantilenæ probant̄ emittere, parua de illo referimus, cui cælum imitari fas est. De istis puto artificijs dictum est, quod apud Platonē legimus in undecimo de legibus: Ars data est mortalibus, qua res posteriores quasdam gñarent, non quidem ueritatis & diuinitatis participes, sed simulacra quędā sibi ipsis cognata deducerēt: atq; eousq; progressi sunt magi homines audacissimi omnia perpetrare,

Plato.

fauente maxime antiquo illo & ualido serpente sci-
entiarum pollicitatore, ut similes illi tanquam si-
miæ, deum & naturam æmulari conarentur.

De magia uenefica. Cap. XLIIII.

Est prætérea naturalis magię species, quam ue neficam, siue pharmaciam uocant, quæ pocu- lis, philtris, uarijsq; ueneficiorũ medicamẽtis perficit: cuiusmodi Democrit9 confecisse legitur, q̃ boni, felices, fortunatiq; filij gignantur: & aliud, q̃ auium uoces rite intelligamus, sicut de Apollonio narrant Philostratus atq; Porphyrius. Vergilius etiam de quibusdam herbis Ponticis locutus, dixit: — Magia uenefica

His ergo sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim, sępe animas imis excire sepulchris,
Atq; satas alio uidi traducere messes.

Et Plinius narrat, quendam Demarchum Parrhasium in sacrificio, quod Arcades Ioui Lyceo humana hostia faciebant, immolati pueri exta degustasse, & in lupũ se conuertisse: propter quam hoĩm in lupos immutationẽ, putat Augustinus Pani Lyceo, & Ioui Lyceo nomen esse impositum. Narrat idem Augustinus, dum esset in Italia, quasdam fœminas magas, Circes instar, dato uiatoribus ueneficio in caseo, eos in iumenta uertisse: cumq; portassent quæ placuissent onera, rursus in hoĩes restituisse, idque patri cuidã Pręstantio tũc accidisse. sed & ne q̃s hęc putet oĩno deliramenta esse & impossibilia, is recordetur quomodo sacræ literæ narrant, Nabuchodonosor regem mutatum in bouem, & septem annis fœno uixisse, tandem dei misericordia in homi- — Danie. 4.

nem rediisse: cuius corpus post mortem illius filius Euilmorodath in escam dedit uulturibus, ne quando resurgeret a mortuis, qui iam de bestia redierat in hominem, & eiusmodi plura de magis Pharaonis narrat Exodus. Verum de iis siue magis siue ueneficis loquitur Sapiens, dum dicit: Exhorruisti illos deus, quia horribilia opera tibi faciebant per medicamina. Illud præterea uos scire uolo, nō solum naturalia scrutari hos magos, uerumetiam ea quæ naturam comitantur, ac quodammodo exuunt, ut motus, numeros, figuras, sonos, uoces, conuentus, lumina, & animi affectus atq; uerba. Sic Psylli & Marsi conuocabant serpentes, alii aliis deprimentes fugabant: sic Orpheus Argonautarum tēpestatem hymno compescuit: & Homerus narrat Vlyssi sanguinē uerbis restrictum: & in lege duodecim tabularum iis, qui messes excantassent, pœna constituta est: ut non dubium sit, magos etiam solis uerbis & affectibus, aliisq; similibus, nō in seipsos modo, sed etiam in res extraneas sæpe mirum aliquem producere effectum. quæ omnia non secus uim insitam in res alias profundere, illasq; ad se trahere, uelle abs se repellere, seu alio quouis modo afficere putant, quam magnes ferrum, & succinum paleas trahunt, siue adamas & allium magnetem ligant: sicq; per hanc rerum gradariam ac concatenatam sibi sympathiā, non solum dona naturalia & cœlestia, sed etiam intellectualia & diuina Iamblichus, Proculus, atq; Synesius, ex magorum sententia, desuper suscipi posse confirmant, quod Proculus in libro de sacrificio & magia fatetur, scilicet per huiusmodi rerum consen-

Exodi 1.
Sap. 11.

Magia præter naturam

sum, magos etiam numina euocare solitos. Ad tantam enim quidam eorũ deuoluti sunt insaniam, ut ex diuersis stellarũ constellationibus, per temporum interualla & quadam proportionum ratione rite obseruatis, constructam imaginem cælitum nutu uitę intellectus spũm accepturam putent, quo consulentibus illã, respondeat, & occulte ueritatis arcana reuelet. Hinc patet hanc naturalẽ magiam nõnunquã in goetiã & Theurgiam reclinatã, sæpissime malorum dæmonum uaframentis, erroribusq; obretiri.

De goetia & necromantia. *Cap. XLV.*

CAEremonialis autẽ magiæ partes sunt goetia atq; theurgia. Goetia, immundorum spũum cõmercijs inauspicata, nefarię curiositatis ritibus, illicitis carminibus, & depcamentis concinnata, omnium legum placitis est exterminata, & execrata. Huius generis sunt, quos necromanticos & maleficos hodie nuncupamus:

Gens inuisa deis, maculandi callida cæli, Goetici diuersi generis.
Quas genuit natura, mali qui sidera mundi,
Iuraq; fixarum possunt peruertere rerum,
Nam nunc stare polos, & flumina mittere norunt,
Aethera sub terras adigũt, montesq; reuellunt,

Hi sunt ergo, qui defunctorum inclamant animas, & illi quos ueteres dicebant epodos, q excantant pueros, & in eloquium oraculi eliciunt, & qui dęmones paredros circunferunt, quale quiddam de Socrate legimus. & q, ut dicitur, spiritus pascunt in uitro, per quos se prophetare mentiuntur, Et hi omnes bifariam procedunt. Nam alij dæmones malos

uirtute quadam maxime diuinorum nominum adiuratos, aduocare & cogere student, quippe cum omnis creatura timet & reueretur nomē illius, qui fecit eam, non mirum si Goetici, & quicq; etiam infideles, pagani, Iudęi, Saraceni, & cuiuscq; prophani collegij siue sectæ homines, diuini nominis inuocatione dæmones astringant. Alij aūt nefandissimi, detestando & omnibus ignibus plectendo scelere, se dæmonibus submittentes, illis sacrificant & adorant, idololatræ & uilissimæ deiectionis rei effecti sunt, quibus criminibus etsi priores non sunt obnoxij, tamē manifestis periculis se exponunt. Nam etiam coacti dæmones inuigilant, semper q̄ errantes nos decipiant. Ex horum uero goeticorū anagyri, profluxerunt om̄es isti tenebrarum libri, quos improbatæ lectionis Vlpianus iurisconsultus appellat, penitusq; corrumpendos esse statuit. Cuiusmodi primus excogitasse dicitur Zabulus quidam illicitis artibus deditus, deinde Barnabas quidam Cyprius, & hodie adhuc confictis titulis circunferūtur libri, sub nominibus Adæ, Abelis, Enoch, Abrahæ, Salomonis, itē Pauli, Honorii, Cypriani, Alberti, Thomæ, Hieronymi, & Eboracēsis cuiusdam: quorum nugas stulte secuti sunt Alphonsus rex Castellæ, Robertus Anglicus, Bacon, & Apponus, & plericq; alij deplorati ingenij homines. Prçterea nō homines modo, & sanctos, & patriarchas, & angelos dei, tam execrabiliū dogmatum fecerunt autores, sed & libros a Raziole & Raphaele, Adami & Tobiæ angelis traditos ostentant: qui libri tamen acutius inspicienti suorum prçceptorum canonē, rituum con

suetudinem, uerborum & characterum genus, extructionis ordinē, insulsam phrasim, aperte sese ꝓdunt, non nisi meras nugas ac imposturas continere, ac posterioribus temporibus ab omnis antiquæ magiæ ignaris, perditissimis perditionum artificibus esse conflatos, ex prophanis quibusdam obseruationibus nostræ religionis cæremonijs permixtis, insitisq; ignotis multis nominibus & signaculis, ut perterreant rudes & simplices, & stupori sint insensatis, & his qui nesciunt bonas literas. Neq; tamen propterea patet has artes fabulas esse: nam nisi re uera essent, atq; per illas multa mira ac noxia fierent, non tam arcte de illis statuissent diuinæ & humanæ leges, eas exterminādas esse de terra: Cur autem goetici illi solis malis utantur dæmonibus, ea ratio est, quia boni angeli difficile comparent, quia dei iussum expectant, nec nisi mundis corde & uita sanctis hominibus congrediuntur: mali autem faciles se exhibent ad inuocandum, falso fauentes, & diuinitatem mentientes, semper præsto, ut astu suo decipiant, ut uenerentur, ut adorentur. & quia mulieres secretorum auidiores sunt, ac minus cautæ, atq; in superstitionem ꝓcliues, faciliusq; illuduntur, ideo illis se præbent faciliores, faciuntq; ingentia prodigia, cuiusmodi de Circe, de Medea, de alijs canunt poetæ, testantur Cicero, Plinius, Seneca, Augustinus, & multi alij, tum philosophi, tum catholici doctores & historici, ipsæ etiam sacræ literæ. Nā in libris Regum legimus phytonissam mulierem, quæ erat in Endor, euocasse animam Samuelis prophetæ, licet pleriq; interpretentur non fuisse animam pro-

phetæ, sed malignum spiritum, qui illius sumpserit imaginem. Tamen Hebræorum magistri dicunt, quod etiam Augustinus ad Simplicianũ fieri potuisse nõ negat, quia fuit uerus spiritus Samuelis, q ante completum annũ à discessu ex corpore facile euocari potuit, prout docent goetici. Quin etiam magi necromantici, illud naturalibus quibusdã uiribus, ac uinculis fieri posse autumant, sicut nos in libris nostris de occulta philosophia tractamus. Ideoq; antiq patres rerum spiritualium periti, non sine causa ordinauerunt, ut corpora mortuorum sepelirentur in loco sacro, & luminibus socientur, aqua benedicta aspergantur, thure & incenso suffumigentur & expientur orationibus, quo usque super terram extiterint: Nam ut aiunt magistri Hebræorum, omne corpus nostrum & carnale animal, quicquid in nobis super materia carnis male disposita innititur, relinquitur in cibum serpenti, & ut ipsi uocant Azazeli, qui est dominus carnis & sanguinis, & princeps huius mundi, & uocatur in Leuitico princeps desertorum, cui dictum est in genesi: Terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Et in Isaia: Puluis panis tuus, hoc est, corpus nostrũ creatum ex puluere terræ, q̃ diu non fuerit sanctificatum, & trãsmutatum in melius, ut non amplius serpentis, sed dei sit effectum, uidelicet ex carnali spirituale, iuxta uerbum Pauli dicentis: Seminatur q animale est, & resurget quod spirituale est. Et alibi: Omnes quidẽ resurgent, sed non omnes immutabuntur, qa multi remansuri sunt in perpetuum cibum serpentis. Hanc itaq; turpem & horridam carnis materiam, ac serpentis cibũ mor

te deponimus, illam aliquando in meliorē sortem & spiritualē transmutatam reassumpturi, quod erit in resurrectione mortuorum, Et iam factum est in his, q primitias resurrectionis degustarunt, & multi hoc ipsum uirtute deifici spiritus in hac uita consecuti sunt, Enoch & Helias & Moyses, quorū corpora transmutata in naturam spiritualem, non uiderunt corruptionem, nec sicut cætera cadauera potestati serpentis relicta sunt. Atq; hæc est illa disceptatio diaboli cū Michaele de corpore Moysi, cuius meminit in epistola sua Iudas, sed de Goetia & Necromantia hæc satis.

De theurgia. Cap. XLVI.

THeurgiam uero pleriq; putant haud illicitā, quasi hæc bonis angelis, diuinoq; numine regatur, cum sæpissimę tamen sub dei & angelorum nominibus malis dęmonum fallacijs obstringatur: non solum siquidem naturalibus uiribus, sed etiam certis ritibus ac cæremonijs cœlestes, et per illas diuinas uirtutes nobis conciliamus & attrahimus, de quibus multis regulis antiq magi editis uoluminibus pertractāt. Omium autem cęremoniarum pars maxima, in munditia seruāda consistit, primū quidem animi, deinde etiā corporis, & eorum quę circa corpus sunt, ut in cute, in uestibus, in habitaculis, in uasis, in utēsibilibus, oblatiōibus, hostijs, sacrificijs, q̊rum munditia ad diuinorum consuetudinē & contuitū disponit, & in sacris sumopere efflagitatur, iuxta uerba Isaiæ: Lauamini, & mundi estote, & auferte malum cogitationum uestrarum. Immunditia

Theurgia.

uero, quæ aerem frequenter & hominē inficit, mundissimum illum cœlestium & diuinorum influxum disturbat, & mundos dei spiritus fugat. Verum non nunquam immundi spiritus, & deceptrices potestates, ut uenerent & adorent pro dijs, etiam hanc munditiam exquirunt, ideo hic maxima opus ē cautela, de quibus late in libris nostris de occulta philosophia disseruimus. Verum de hac Theurgia, siue diuinorum magia plura disputans Porphyrius, tandem concludit theurgicis consecrationibus posse quidē animam hominis idoneam reddi, ad susceptionem spirituum & angelorum, ad uidendos deos: reditum uero ad deum hac arte præstari posse, inficiatur omnino. Eius itaq; scholæ sunt, ars almadel, ars notoria, ars paulina, ars reuelationum, & eiusmodi superstitionum plura, quæ eo ipso sunt perniciosiora, quo apparent imperitis diuiniora.

De cabala. *Caput* XLVII.

VErum occurrunt hic mihi uerba Plinij, qui est & alia, inq̄t, magices factio, à Moyse etiamnum & Latopea Iudæis pendens, quæ uerba me de cabala Iudæorum commonefaciunt, quam in mōte Sina a deo ipso Moysi datam, penes Hebræos cōstans opinio est, ac deinceps per successionum gradus citra literarum monumenta, usque in Ezræ tēpora posterioribus sola uiua uoce tradita, quemadmodum Pythagorica dogmata olim ab Archippo & Lysiade, qui in Græcia Thebis scholas habuere tradebantur, in quibus discipuli memoriter doctorum p̄cepta tenentes, ingenio & memoria pro libris

utebantur. sic & Iudæi quidam literas aspernati, in memoria & obseruatione, acuocali traditione hãc collocarunt, unde cabala ab Hebræis, quasi solo au ditu unius ab altero receptio, nũcupata st. Ars (ut fertur) peruetusta, nomen autem non nisi recentibus temporibus apud Christianos cognitum. Eius ue- ro duplicem tradũt scientiã, unam de bresith, quam & cosmologiã uocãt, uidelicet rerũ creatarũ natura lium & cœlestiũ uires explicantẽ, & legis bibliçq́; arcana philosophicis rationibus exponentem, quæ ꝓfecto hac ratiõe nihil differt à magia naturali, in qua Salomonem regem ꝑstitisse credimus. Legitur nanq; in sacris Hebręorũ historijs, illum disputare solitum à cedro Libani, usq; ad hyssopum: nam de iumentis, uolucribus, reptilibus, & piscibus, q̃ oĩa magicas quasdam naturæ uires ꝑ se ferre possunt. Ipse q̃q; inter posteriores Moyses Aegyptius, in expositionibus suis sup pentateuchũ. & plures thal mudistæ hanc insecuti sunt. Alteram uero eius sci- entiam uocãt de mercana, quæ est de sublimioribꝰ diuinarũ, angelicarumq́; uirtutum, ac sacrorũ nomi num & signaculorũ cõtemplationibus, q̃dam quasi symbolica theologia, in qua literę, numeri, figurę, res & noĩa, & elementorũ apices, ac lineæ, pũcta, et accentus, oĩa sunt ꝓfundissimarum rerũ & magno rum arcanorũ significatiua. Hãc rursus bifariã se- cant, in Arithmantiã, uidelicet quę notariacon uoca tur, de angelicis uirtutibus, noĩbus, signaculisq́; : eti am dęmonum ac animarum cõditionibus tractans, atq; in theomantiam, quę diuinę maiestatis myste ria, emanationes, sacraq; nomina & pentacula scru-

tatur quã qui norit, hunc aiunt admirandis pollere uirtutibus, ita quod dum uelit, futura omnia præsciat, toti naturæ imperet, in dæmones & angelos ius habeat, & miracula faciat. Hac putant Moysen tot signa edidisse, uirgam in colubrũ, aquas in sanguinem uertisse, ranas, muscas, pediculos, locustas, bruchos, ignem cum grãdine, uesicas & tabes Aegyptijs immisisse, primogenitum om̃e ab hoĩe usq; ad pecus interemisse, suosq; deducentem mare aperuisse, fontem de petra, coturnices de cælo produxisse, aquas amaras dulcorasse, fulgura & nubes per diẽ, columnam ignis per noctem suis præmisisse, uocẽ dei uiuentis ad populum e cælis deuocasse, arrogantes igne murmurãtes lepra percussisse, male merentes subita strage, alios terræ hiatu absorptos affecisse, populum cælesti cibo pauisse, serpentes placasse, uenenatos curasse, numerosam turbam ab infirmitate, uestes eorum à corrosione conseruasse, & hostium uictricem reddidisse. Hac deniq; miraculorum arte & Iosue stare solem præcepisse, Eliam ignem in aduersarios e cælo deuocasse, puerum mortuum uitæ restituisse, Danielem leonum ora perstrinxisse, tres pueros in camino æstuantis incendij carmina lusisse. Porro hac arte astruunt perfidi Iudæi etiam Christum tam admiranda sæpe fecisse. Salomonem quoque hanc percalluisse, atq; ex ea artem contra dæmones, eorundemq; uincula, & coniurationum modos, ac contra morbus excantamenta tradidisse, ut autor est Iosephus. Verum ego deũ Moysi, cæterisq; prophetis multa, quæ continerentur sub cortice uerborum legis, prophano uulgo

non communicanda mysteria retexuisse, ut non dubito, sic hanc quam iactant Hebræi cabalæ artem, quam ego multo labore aliquando scrutatus sum, non nisi meram superstitionis rapsodiam, ac theurgicam quãdam magiam agnosco: quod si (quod Iudæi iactant) à deo profecta ad uitæ perfectionem, ad hominum salutem, ad dei cultum, ad intelligẽtiæ ueritatem conduceret, profecto spiritus ille ueritatis, qui repudiata synagoga uenit nos docere omnẽ ueritatem, hanc usq; in hæc postrema tempora, suã nõ celasset ecclesiam, q̃ profecto omnia nouit quę sunt dei, cuius bñdictio, baptismꝰ, cæteraq; salutis sacramẽta reuelata & pfecta sunt in omni lingua. Vniuscuiusq; enim linguæ par est & eadem uirtus, modo par sit & eadem pietas, nec est aliud nomẽ in cælis, nec in terra, in quo oporteat nos saluos fieri, & in quo operemur uirtutem, præter unum nomen Iesu, in quo recapitulantur & continentur omnia. Hinc Iudæi in diuinis nominibus peritissimi, parũ aut nihil post Christũ operari possunt, sicut prisci illorum patres. Quod autem experimur, & uidemꝰ huius artis (ut uocant) reuolutionibus, sæpe miras magnorum mysteriorum à sacris literis extorqueri sententias, totum hoc nihil aliud est, quàm lusus quidam allegoriarum, quas ociosi homines, in singulis literis & punctis & numeris occupati, quod hæc lingua & scribendi ritus facile patiuntur, pro eorum arbitrio fingunt atq; refingunt, q̃ etsi nonnunquam magna sonẽt mysteria, nihil tñ probare, nec euincere queunt, quin iuxta uerba Gregorij eadem facilitate contemnere liceat, qua asserunt. Con

Cabalæ ars superstitiosa.

finxit simili artificio pleraq; Rabanus monachus, sed latinis characteribꝰ & uersibus, insertis uarijs imaginibus, qui quaq; uersus lecti, per quælibet superficiei ac imaginũ lineamenta sacrum aliq̃d enunciant mysterium, depictæ illic historiæ repræsentatiuum, quæ etiam ex prophanis literis extorqueri posse nemo ignorat, qui Valeriæ Probæ ex Vergilij carminibus compositos de Christo centones legerit, quæ omnia & eiusmodi sunt speculationes ociosorum hominum. Quod autem ad miraculorũ operationem attinet, neminẽ nostrum puto tam stolidæ ceruicis, qui de ijs credat aliquam habere artẽ uel scientiam. Est itaq; nihil aliud hæc Iudæorum cabala, quàm perniciosissima quædã superstitio q̃ uerba, & noĩa & literas, sparsim in scriptura positas pro arbitrio suo colligunt, diuidunt, transferunt: & alterum ex altero facientes, soluunt membra ueritatis, sermones, inductiones, & parabolas hincinde ex proprijs fictionibus construentes: aptare illis uolunt eloquia dei, infamãtes scripturas, & dicentes sua figmenta ex illis constare, calumniantur legem dei, per impudenter extortas supputationes dictionum, syllabarum, literarum, numerorum tentant uiolentas & blasphemas perfidię suæ inferre probationes. Præterea ijs nugis inflati, ineffabilia dei mysteria, & quæ sunt supra scripturã arcana, sese inuenire & scire iactant, per quæ etiam prophetare, & uirtutes & miracula sese perficere, sine rubore, magnaq; audacia mẽtiri nõ erubescũt. Sed accidit illis, quod cani Aesopico, qui pane relicto, & in umbram eius inhians, perdidit escam: sic

perfidum hoc & duræ ceruicis hominum genus, semper in umbris scripturæ occupatum, & circa illas uanitates sua artificiosa, sed superstitiosa cabala impetum faciens, amittit panem uitæ æternæ, & inanibus nominibus depastum perdit uerbum ueritatis. Ex hoc cabalisticæ superstitionis Iudaico fermento prodierunt (puto) Ophitæ, Gnostici & Valentiani hæretici, qui ipsi quoque cum discipulis suis græcam quandam cabalam commenti sunt, omnia Christianæ fidei mysteria peruertentes, & hæretica prauitate ad græcas literas & numeros protrahentes, ex illis construentes corpus, quod uocant ueritatis, docentes, absque illis literarum & numerorum mysterijs non posse in euangelicis literis inueniri ueritatem, quia uariæ sunt & alicubi sibi repugnantes, plenæque parabolis scriptæ, ut uidentes non uideant, & audientes non audiant, & intelligentes non intelligant, sed cæcis & errantibus iuxta suæ cæcitatis & erroris capacitatem propositas: latentem uero sub illis synceram ueritatem solis perfectis, non per scripta, sed per uiuæ uocis successiuam pronunciationem esse creditam, atque hanc esse illam alphabetariam & arithmanticam theologiam, quam Christus secreto manifestauit apostolis, & quam Paulus se loqui dicit non nisi inter perfectos. Cum enim hæc altissima sint mysteria, ideo nec scripta esse, nec scribi, sed in silentio seruari apud sapientes, in abscondito secum illa custodientes. Sapiens autem apud eos nemo, nisi qui maxima hæreseos monstra fabricare nouit.

De præstigijs. *Cap.* XLVIII.

SEd redeamus ad magiam, cuius particula etiã est præstigiorum artificium, hoc est, illusionũ quæ secundum apparentiam tantum fiunt, quibus magi phantasmata edunt, multaq́ miracula circulatorijs fraudibus ludunt, & somnia immittunt, q̃d non tam goeticis incantamentis & imprecationibus, dæmoniumq́ fallacijs, quam etiam certis fumigiorum uaporibus, luminib. philtris, collyrijs, alligationibus, & suspensiõibus: prę terea annulis, imaginibꝰ, speculis, similibusq́ magicæ artis pharmacis & instrumentis, naturali cœlestiq́ uirtute perpetratur. Multa & manuum prompta subtilitate et industria fiunt, cuiusmodi ab histrionibus & ioculatoribus quotidie fieri uidemus, quos idcirco chirosophos, hoc est, manu sapientes appellamus. Extant de hoc artificio libri præstigiorum Hermetis, & quorundam aliorum: legimus quoq́ Paseten q̃ndam præstigiatorem, refertissimum conuiuium hospitibus mõstrare solitum, idq́ cum libuit rursum euanuisse, discumbentibus omnibus fame ac siti clusis. Numam Pompilium etiam istiusmodi præstigijs usum legimus. Sed & doctissimum Pythagoram id ridiculum aliquando factitasse, ut quæ collibuisset, sanguine pscriberet in speculo, quo ad pleni luminis lunæ orbem obuerso, stanti à tergo res exaratas in disco lunę commonstrasse. Huc spectat etiam quicquid de hominum trãsformationibus legitur decãtatum à poetis, creditum ab historicis, & à nonnullis Christianis theologis, insup à sacris literis adsertum. Sic apparẽt homines asini uel equi, uel alia anim alia oculis fascinatis, aut perturbato-

Chyrosophi.

medio, idq́ʒ arte naturali. Nonnunquam etiam hæc fiunt à bonis & malis spiritibus, seu ad bonoræ pre ces ab ipso deo, sicut in sacris literis legimus de Eli sæo propheta, obsesso ab exercitu regis Syriæ uallantis Dothain: uerum puris & apertis à deo oculis ista non possunt illudere: sic mulier illa, quæ à uulgo iumentum iudicabatur, Hilarioni non iumentū, sed quod erat mulier uidebatur: ea igitur quæ hoc modo secundum apparentiam fiūt, præstigia dicuntur: quæ autem fiunt arte permutantium aut transferentium, ut de Nabuchodonosor, aut messibus ad alios agros traductis, de his diximus superius: uerũ de hac præstigiorum arte sic ait Iamblichus: Quæ præstigiati seu fascinati imaginantur, præter imaginatiua, nullam habēt actionis & essentiæ ueritatem. Eiusmodi nanqʒ artificij finis est, nō facere simpliciter, sed usqʒ ad apparētiam imaginamenta porrigere, quorum mox nullum compareat uestigium. Iam itaqʒ ex his quæ dicta sunt, patet non aliud esse magiam, quam complexum idololatriæ, astrologiæ, superstitiosæq́ʒ medicinæ. Iamq́ʒ etiam à magis magna hæreticorum caterua in ecclesia orta est, qui sicut Iannes & Mambres restiterunt Moysi, sic illi restiterunt apostolicę ueritati: horum princeps fuit Simon Samaritanus, qui Romæ sub Claudio Cæsare propter hanc artem statua donatus est, cum hac inscriptione: Simoni sancto deo. Eius blasphemias copiose narrant, Clemens, Eusebius, & Irenæus. Ex hoc Simone tanquam ex hæresum omium seminario, per multas successiones mōstrosi Ophitę, turpes Gnostici, impij Valentiniani, Cerdoniani,

Iamblichus.

Marcionistæ, Montaniani, & multi alij hæretici p
dierunt, propter quæstum & inanem gloriam, me
tientes aduersus deum, utilitatem nullam, neq; bene
ficia hominibus præstantes, sed decipientes, & in
perniciem & in errorem mittentes: & qui credunt il
lis, confundentur in iudicio dei. Verum de magic
scripsi ego iuuenis adhuc, libros tres amplo satis u
lumine, quos de occulta philosophia nuncupaui, i
quibus quicquid tunc per curiosam adolescentia
erratum est, nunc cautior hac palinodia recantatu
uolo: permultũ enim temporis & rerum, in his ua
nitatibus olim contriui. Tandem hoc profeci, q̃ sci
am quis rationibus oporteat alios ab hac pernici
dehortari. Quicunq; enim non in ueritate, nec in u
tute dei, sed in elusione dæmonum, secundum ope
rationem malorum spirituum, diuinare & prophe
tare præsumunt, & per uanitates magicas, exorcis
mos, incantationes, amatoria, agogima, & cæter
opera dæmoniaca, & idololatriæ fraudes exercen
tes, præstigia & phantasmata ostentantes mox ce
santia, miracula sese operari iactant: omnes hi cu
Ianne & Mambre & Simone Mago æternis igni
bus cruciandi destinabuntur.

De philosophia naturali. Cap. XLIX.

CAeterum nũc ad ulteriora ꝓcedamus, ipsiusq;
philosophiæ placita, & quæ naturam ipsam
scrutantur, rerumq; principia & fines uaris
syllogismus inquirunt, sciẽtias inuestigemus. Qu
profecto quam habeant certitudinem aliam à do
ctorum suorum fide, omnis homo ignorat. Hab

primo poetæ professi sunt, e quibus Prometheus, Linus & Museus & Orpheus, porro Homerus, primi inuentores numerantur. Philosophia itaq; nūc quam nobis ueritatem præstare poterit, quæ ipsa ex poetarum nugis fabulisq; progenita est: quod ita esse manifestis indicijs probat Plutarchus, omnes uidelicet philosophorū sectas ab Homero principium sumpsisse: ipseq; Aristoteles fatetur, etiam philosophos natura philomytos, hoc est, fabularū studiosos esse. Sectas philosophorum, alij nouē, alij decem, sed multo maiori numero illas Varro partitus est. Quod si quis etiam omnes philosophos in unum congregauerit, adhuc inter eos constare non poterit, quæ secta potior dicenda sit, quorum dogmatibus potius parendum: adeo circa singula inter se pugnant atq; dissentiunt, perpetuamq; hanc p secula litem alunt: & (quod ait Firmianus) unaquęque secta omnes alias euertit, ut se suaq; cōfirmet, nec ulla alteri sapere concedit, ne se desipere fateatur. Cumq; de singulis philosophia disputat & opinatur, de nullis certa est: unde philosophos an inter bruta, an inter homines numerem plane nescio: brutis siquidem præstare uidentur, eo quod rationem habent & intelligentiam: homines autem quomodo erunt, quorum ratio nihil constans persuadere potest, sed semper in lubricis opinionibus uallat, quorum intellectus ad omnia incertus non habet quod teneat aut sequatur: idq; nunc ita esse diffusius ostendamus.

De principijs rerum naturalium.

Caput L.

Principia.

NAm in primis de rerum naruralium principijs, super quibus tota hæc facultas fundatᵣ, acerrima pugna inter grauissimos philosophos certatur, & adhuc sub iudice lis est, quis eorum melius dixerit: admodum persuadibiles, inuincibilesq; de contrarijs adferunt rationes. Nam Thales Milesius primus sapiēs ab oraculo iudicatus, ex aqua omnia constare uoluit, eius auditor & in schola successor Anaximand.r, rerum principia dixit infinita: illius autem discipulus Anaximenes, infinitum aerē esse rerum principium astruxit. Hipparchus, Heraclitus Ephesius ignem, his ambobus quodammodo adsentit Archelaus Atheniensis, Anaxagoras Clazomenius, infinita principia tāquam particulas minutas & confusas, sed diuina mente in ordinē postea redacta: Xenophanes unum esse omnia, neque id ipsum morabile, Parmenides calidum & frigidū, tanq̄ ignem qui moueat, & terrā quę formet, Leucippus, Diodorus, & Democritus plenum & uacuum, Diogenus libertus aerem, diuinæ tamen rationis compotem: Pythagoras Samius numerum statuit rerum principium, quem sequitᵣ Alcmeon Crotoniates: Empedocles Agrigentinus litem & amicitiam, ac quatuor elementa, Epicurus atomos, & inane, Plato ac Socrates deum, Ideas, materiam, Zeno deum, materiam & elementa, Aristoteles materiam ad appetitum formæ per priuationem, quam ipse inter principia tertium ponit, contra id quod alibi docuit, æquiuoca nō debere annumerari, quare alij recentiores peripatetici loco priuationis, motum quendā utraq; cogentem posuerunt, q cum sit acci

dens,quomodo erit principium substantiæ, aut q̃s erit eius motus motor? Ideo Hebræorum philosophi materiam,formam & spiritum statuerunt.

De mundi pluralitate & eius duratione. Caput LI.

CAeterum cum de mundo disputant,nihilominus dissentiunt: Thales unum mundum censuit,illumq́; dei facturã asserit. Empedocles similiter unum, sed uniuersi tantum exiguam esse particulam. Democritus & Epicurus contra,mundos esse innumerabiles,quos sequitur Metrodorus horum discipulus, dicens innumeros esse mundos, quia causæ eorum innumerabiles sint,nec minus absurdum esse,tantum unum in uniuerso esse mũdum, q̃ in agro unã duntaxat nasci spicam. De mundi autem duratiõe locuti Aristoteles,Auerrois,Cicero, Xheophanes, illum æternũ oĩs corruptionis expertem dicunt. Nam cũ nõ possent intelligere, (ut Cẽsorinus ait) oua ne an aues ante generatæ sint, cũ et ouũ sine aue, & auis sine ouo gigni non posset: hinc arbitrati sunt mundum hunc, & uniuscuiusq; geniti initium simul & finem perpetua reuolutione sempiternum. Pythagoras & Stoici à deo genitum, & aliquando,quantum ex sui natura est, corrumpẽdum: quis cum sentiunt Anaxagoras, Thales, Hierocles, Auicenna, Algazel, Alcmous & Philo Hebræus, sed Plato asserit à deo illum ad sui exemplar fabricatum nunquam desiturum. Epicurus cõtrà, plane interiturum. Democritus semel mundum genitum docet & interiturum,nec unquã reparandum. Em Mũdus.

pedocles & Heraclitus Ephesius non semel, sed sæ mundum generari & corrumpi asserunt. Agamus liceat de re quapiam quam illi à causa naturali po tissimum procedere dicunt, puta de terræmotu, ad huc ipsum unanimiter inuenire nequierunt, sed per multa uagati, causam eius Anaxagoras æthæra di xit, Empedocles ignem, Democritus & Thales Mi lesius aquam: Aristoteles, Theophrastus & Alber tus, uentum uel uaporem subterraneum: Asclepia des casum uel ruinam: Possidonius, Metrodorus, Calisthenes, parcas: Seneca & alij in diuersa distra cti, causam eius effectus frustra inquisierunt: pro pterea ueteres Romani, ubi terram tremuisse sense rant, nunciatumve esset, ferias quidam imperabãt, sed cui deorum seruari illas oporteret, non edice bant: quoniam qua ui, & per quem deorũ terra tre meret, adhuc incertum esset.

De anima. Caput LII.

Anima.

QVod si de anima ab illis aliquid sciscitemur multo minus conueniunt: nam Crates The banus nullam esse animam ait, sed corpo ra sic à natura moueri. Qui aũt animam fassi sunt, plerique illam corporum tenuissimum opinati sunt, huic crasso corpori suffusum: sed illorũ alij illud cẽ igneũ dixerunt, ut Hipparchus & Leucippus, qui bus quodãmodo cõsentiunt Stoici, dicentes aĩam ẽẽ spiritum feruidũ: ac Democritus, dicens illam esse spiritum mobilẽ & ignitum, atomis insertam. Aliĩ dixerunt esse aerem, ut Anaximenes & Anaxago ras, Diogenes Cynicus, & Critias, quibus adstipula

tur Varro,inquiens: Anima est aer conceptus ore,de feruefactus in pulmone,temperatus in corde,diffusus in corpus. Alij aqueum,ut Hippias. Alij terreũ ut Hesiodorus & Pronopedes,q̃bus quodammodo assentiunt Anaximander & Thales, ambo conciues Milesij. Alij mixtum ex igne & aere spiritum, ut Boetes & Epicurus. Alij ex terra & aqua ut Xenophontes. Alij ex terra & igne,ut Parmenides. Alij sanguineum,ut Empedocles & Circias. Alij spiritum tenuem per corpus diffusum, ut Hippocrates medicus. Alij carnem cum sensuum exercitio, ut Asclepiades. Multi autem alij arbitrati sunt animam non corpusculum illud, sed illius quandam qualitatem uel complexionem, per illius particulas sparsam,ut Zeno Cithicus & Dicearchus animam definiens quatuor elementorum complexionem, atque Cleantes, Antipater, Possidonius, dicentes illam esse calorem siue complexionem calidam, quibus adhæret *Galenus Pergamenus. Sunt & alij*, qui dixerunt animam non eam esse qualitatem seu complexionem, sed tanquam ad eius punctum aliquem in aliqua certa corporis parte, ut corde uel cerebro residentem, & exinde totum corpus gubernantem: ex quorũ numero sunt Chrysippus, Archelaus & Heraclitus Ponticus, qui animam uocauit lucem. Sunt rursus alij, qui adhuc liberius quoddam opinati sunt animam, ut punctum aliquem liberum, nulli corporis parti alligatum, sed ab omni determinato situ seclusum, & totũ cuiq; corporis parti p̃sentem, quẽ siue complexio genuerit, siue deus creauerit, tñ ex materiæ gremio eductus sit. Huius opiniõis fue

runt Xenophanes Colophonius, Aristoxenes, & As-
clepiades medicus, dicens animã esse sensuum coe-
citationem, & Critolaus peripateticus, dicens eam
esse quintam essentiam, ac Thales Milesius, dicens
animam esse naturam irrequietam sese mouentem:
& Xenocrates, uocans eam sese mouentem numer-
quem sequuntur Aegyptij, dicẽtes animam esse ui-
quandam in omnia corpora transmeantem: & Chal-
dæi, inquientes eam uirtutẽ absq; determinata for-
ma, omnes tamen exteras suscipientem: omnes qui-
dem in hoc conuenientes, quod anima sit uis qua-
agilis ad mouendum, uel esse partium corporali-
sublimem quandam harmoniam, sed tamen ab ip-
corporis natura deprehendentem, atq; horum uesti-
gia sequitur dæmoniacus Aristoteles, qui inuen-
nouo uocabulo, animam uocat entelechiam, scilic-
perfectionem corporis naturalis organici, poten-
tia uitam habentis, dantem illi principium intelli-
gendi, sentiendi, & mouendi. Atque hæc est recepti-
simi philosophi animæ futilis definitio, quæ non
sentiam, naturam, aut eius originem declarat, sed
fectus. Porro supra hos omnes sunt alij, qui dixe-
runt animam esse diuinam quandam substantiam
tam ac indiuiduam, ac toto ac cuiq; corporis par-
præsentem, ab incorporeo autore taliter produ-
ctam, ut ex sola agentis uirtute, non ex materię gr-
mio dependeat. Eius opinionis fuerunt Zoroastes,
Hermes Trismegistus, Orpheus, Aglaophemus, P-
thagoras, Eumenius, Hammonius, Plutarchus,
Porphyrius, Timæus, Locrus, & diuinus ille Pl-
to, dicens animam esse essentiam sui motricem in-

lectu p̄ditam. Eunomius episcopus partim Aristo-
teli, partim Platoni cõsentiens, definit aĩam esse sub
stantiam incorpoream in corpore factam, super q̃
definitione deinde reliqua sua dogmata fabricauit.
Cicero, Seneca, Lactantius, quid sit anima dicũt pe-
nitus ignorari. En uidetis de animæ essentia quam
inter se dissidẽt, nec minus ridicule de eius sede inter
se uariant: nam Hippocrates & Hierophilus in ce-
rebri uenticulis illam ponunt, Democritus in toto
corpore, Erasistratus circa membranam epicrani-
dem, Strato in superciliorum interstitio, Epicurus
in toto pectore, Diogenes in cordis atteriato uẽtri
culo, Stoici cũ Chrysippo in toto corde ac spiritu
circa cor uersante, Empedocles in sanguine, cui ad-
stipulatur Moyses, idcirco ꝓhibens uesci sanguine,
quia animalis anima sit in illo. Plato & Aristoteles
& reliqui nobiliores philosophi in toto corpore,
Galenus autem in quauis corporis particula suam
esse animam putat: sic enim ait in libro de partium
utilitate: Multæ animalium etiam particulæ, hæ q
dem maiores, illæ minores, aliæ uero omnifariam
in animalium speciem indiuisibiles, necessario autẽ
ĳs omnibus anima quæuis indiget: corpus enim hu
ius organum, & propterea multum à seinuicem ani
malium particulæ differunt, quia & animæ. Neq;
uero hic prætereundum censeo Bedæ theologi sen-
tentiam, qui scribens super Marcum: Animæ locus
(inquit) principalis, nõ iuxta Platonem in cerebro,
sed iuxta Christum in corde est. De animæ aũt du-
ratione, Democritus & Epicurus una cum corpore
interituram aiunt. Pythagoras & Plato omnino im

mortalem, sed egressam corpus, ad sui generis naturam deuolare. Stoici tanquam inter hos medij, animā corpus relicturam, sic, ut quę in uita hac nullis sublimata uirtutibus, infirmior sit, una cum illo emori: sin autem heroicis formata uirtutibus, permanentibus illam naturis sociari, & ad sublimiores sedes euadere putantꝫ. Aristoteles quasdam animę partes, quæ corporeas sedes habeant, ab illis inseparabiles esse, unaqꝫ cum illis interire dicit: intellectum autē, qui nullius sit corporei organi, uelut perpetuum à corruptibili separari. sed adeo nihil manifesti dicit, ut eius interpretes adhuc de ea re disputent. Alexander Aphrodiseus ait manifesto, eum mortalem posuisse animam, idem sentit ex nostris Gregorius Nazianzenus. Cōtra hos Pleton, & ex nostris Thomas Aquinas pro Aristotele digladiantur, illum de animę immortalitate recte sentire. Porro Auerrois eximius ille Aristotelis cōmentator, hominem quēqꝫ propria anima pollere putat, sed mortali: mentem uero humanam, seu intellectum dicamus esse, usqꝫquaqꝫ ab omni tā anteriori q̄ posteriori parte æternam, sed omnibus hominibus, seu humanæ speciei, unā, qua tm̄ in uita uteremur. Themistius uero ait, Aristotelem mentem quidem agentem unicam, capacem aūt multiplicem posuisse, atqꝫ utranqꝫ perpetuam. Horum ꝑterea philosophorum opera factū est, ut etiam inter Christianorum theologos de animarum origine ortum sit dissidium, quorum aliqui à mundi origine factas in cœlo omnium hominum animas putāt, inter quos est unus de multis doctissimus Origines, August. quoqꝫ primi parentis ani-

Theologorū de aīæ origine dissensio.

mam cælitum ortu putat corpore antiquiorem, idque postea tanquam aptum sibi contemplatam domicilium uoluntario motu expetisse, quanquam ne hoc quidem satis constanter affirmare uideatur. Alij ex traduce animã ꝓgagari putant, sic aĩam ab anima generari, quemadmodum à corpore corpus, in qua opinione fuit Laodiceæ episcopus & Tertullianus, Cyrillus & Luciferianus: contra quorũ hæresim disputat Hieronymus. Alij à deo animas quotidie creari tradunt, hos sequitur Thomas, eo peripatetico argumẽto pugnans, quod cum anima sit corporis forma, eam non seorsum, sed in corpore creari debere, quam opinionem sequitur iam fere omnis recentiorum theologorum schola, mitto gradus animarum, ascensiones & descensiones, q̃s Origenistæ inducunt, sed diuinis scripturis nõ corroboratas, nec Christianorum dogmatibus conformes: adeo nihil, neque apud philosophos, neq; apud theologos de anima certum. Nam Epicurus & Aristoteles mortalẽ putant, Pythagoras in gyrũ ducit. Et sunt (ut quodam loco ait Petrarcha) qui eam contrahunt ad suum corpus, sunt qui etiam spargunt in corporibus animantiũ, sunt qui cælo reddant, sunt qui circa terras exulare cogant, sunt qui inferos asserunt, sunt qui negent: sunt qui unam quanque per se: sunt qui omnes simul animas creatas putent, hæc ille. Fuit & Auerrois qui mirabilius quiddam dicere ausus, unitatem (ut dixi) attulit intellectus. Manichęi hæretici dixerunt, unam solam esse omnium seu uniuersi animã, in singula corpora tã animata quàm inanimata dispertitam, sed minus

participare quæ nobis uident̃ anima expertia, magis autẽ quæ animata, maxime uero cælestia: atque sic tandem concludunt, non nisi uniuersalis animæ partes esse singulares animas. Plato etiã unam quidem uniuersi animam astruit, particulariũ uero alias, q̃si separatim uniuersum sua anima existat animatum, diuisim itẽ particularia. Præterea alij, unã animarum speciem, alij non unam, sed duas, rationalem & irrationalem: alij multas, & tot q̃t sunt animalium species affirmant. Galenus medicus diuersis iuxta speciem diuersas itẽ esse animas sentit, insuper & multas in eodem corpore animas ponit. Sunt & qui in homine duas animas ponunt, unã sensitiuam à generante, aliam intellectiuam à creante, inter quos est Occam theologus. Plotinus aliam esse animam & alium asserit intellectum, quem sequitur Apollinaris. Quidã non distinguunt ab anima intellectum, sed illum substantię animæ principalem partem esse dicunt: uerũ Aristoteles hunc potentia adesse huiusmodi, atq; actu de foris illi superuenire opinatur, neq; ad naturam hominis & essentiam conferre, sed ad perfectionẽ cognitionis & cõtemplationis, ideoq; paucos homines & solos philosophos illum qui actu intellect9 dicitur, habere affirmat. Quippe etiã grauis inter theologos disputatio est, an (quæ Platonicorũ opinio est) in animabus exutis, eorum quæ in uita gesserint reliquerintq;, memoria sensusq; supersint, aut istorum cognitione omnino careant, quod Thomistæ cum suo Aristotele firmiter tenent, & Carthusienses exemplo confirmãt, de Parthisiẽsi illo theologo ab info

ris reuerso, qui interrogatur, q̃d illi restaret de sci entia sua, respondit: nihil se scire nisi pœnã, & cita to Salomonis uerba, non est ratio, nõ scientia, non opes apud inferos, conclusisse illis uidebãt, nullam mortuis supesse cognitionem. Quod tamen mani- feste est, non tam contra Platonicorum assertionẽ, q̃ contra scripturę autoritatem ueritatemq́, cum di cat scriptura, uisuros & scituros impios, q̃a ipse de us est: q̃n & omnium non modo factorũ, sed & uer borũ ociosorum, & cogitatuum rationem reddituros. Sunt etiam qui de animarum separatarum ap paritiõibus plura scribere & referre audẽt, eaq; nõ raro ab euangelica doctrina, & sacro canõe aliena, atq; cum p̃cipiat Apostolus, nec angelis de cęlo cre dendum esse, si quid renunciarent aliud q̃ quod tra ditum est, adeo penes istos antiquatum est euange- lium, ut citius magisq́ credant uni ex mortuis re- nuncianti, q̃ prophetis, quam Moysi, q̃ apostolis, q̃ euangelistis. Talis profecto fuit doctrina atque sententia diuitis sepulti in inferno, qui putabat tũc credituros superstites fratres, si quis ex mortuis iret, & testificaretur illis. Cui sic opinanti in euan gelijs cõtradicit Abraã, inquiens: Si Moysi & p- phetis nõ credãt, neq; si quis ex mortuis mittatur, credituros. Neq; tamẽ propterea pias defunctorũ apparitiones, admonitiones, & reuelationes omni no inficior, sed ualde suspectas esse admoneo, sata na sese sæpissime in lucis angelũ & animarũ effigi em transfigurãte: q̃circa credendi ancora in illis nõ est figenda, sed ad ædificationẽ pie acceptãda sunt, sicut alia quæ extra sacrum canonem, uel inter apo

crypha sunt. Circũferũtur de his nugis multi fabulosi libelli, Tundali, & qui Consolatiõis animarũ inscribũt, & alij, quorum exemplis, cõcionatores q̃dam imperitam plebeculam territãt, & munuscula extorquent. Scripsit etiam recentibus dieb. de spiritu quodã Lugdunẽsi fabulã protonotarius quidam Gallꝰ, hõ nequã & impostor. Ex laudatis aũt scriptoribus agit de istis Gassianus & Iacobus de paradiso Carthusianus, uerũ nihil unquã solidæ ueritatis, aut abditæ sapientię, quæ ueram charitatem & animarum nostrarum salutẽ ædificarẽt, ab his animarũ apparitionibus reuelatũ est, sed duntaxat eleemosynæ, peregrinationes, orationes, ieiunia, & reliqua popularis pietatis opera persuasa sunt, quæ tamẽ multo melius salubriusq́ꝫ docent sacrę literę, præcipitq́ꝫ ecclesia. Verum de his apparitionib. late scripsimus in dialogo nostro de homine, & in libris de occulta philosophia, sed modo redeamꝰ ad philosophos. Ethnici omnes qui animã immortalem asseruerunt, animarum transmigrationẽ communi cõsensu astruunt, & rõnales animas ad rationis exptia corpora, & ad plantas usq; transmeare ꝑ temporum quasdam ꝑiodos, uel ut aliter contigerit, harũ trãsmigrationũ autorẽ ferunt Pythagorã

Ouidiꝰ. de quo in transfigurationibns sic cecinit Ouidius:

Morte carent animæ, semperq́ꝫ priore relicta
Sede, nouis domibus uiuunt habitantq́ꝫ receptæ.
Ipse ego nam memini Troiani tempore belli,
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quõdam
Hęsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ,
Cognoui clypeum læuæ gestamina nostræ,

Nuper ab Antæis templo Iunonis in Argis.

Multo plura de hac Pythagorica migratione scripserũt Timon, Xenophanes, Cratinus, Aristophõ. Hermippus, & Lucianus, & Diogenes Laertius: uerum Iamblichus & pleriq; alij cum Trimegisto, nõ ab hominibus ad rationis expertia animalia, neque ab illis item ad homines, sed ab animalibus ad animalia, & ab hominibus ad homines transmigrationes duntaxat fieri consentiunt. Sed & sunt philosophi, ex quorũ numero Euripides Anaxagoræ consectator, & Archelaus physicus, atq; post eos Auicenna, qui primos homines olerum more ex terra natos tradant, eo ipso nõ minus ridiculi poetis, qui homines quosdam satiuos ex serpẽtum dentibus ꝓgerminasse fabulantur. Sunt qui generationẽ omnino negent, ut Pyrrho Eliensis: sunt & qui negent motum, ut Zeno.

De metaphysica. Caput LIII.

SEd ad ulteriora progrediamur, ostendemusq; philosophos illos, non solum de ijs quæ in rerum natura uident, sed etiam de figmentis cogitationum suarũ digladiari, atq; de ijs rebus q̃ nullis principijs firmant, neq; certum est an sint uel nõ sint, ut quas absq; corpore & materia subsistere opinant, quasq; formas separatas uocant: quæ quoniam in rerũ natura non sunt, sed supra illam esse putant, idcirco transnaturalia seu metaphysica uocãt: hinc illæ innumerabiles de dijs, & undiq; sibi repugnantes, nec minus impiæ q̃ indoctæ opiniones ꝓdierunt: nam Diagoras Milesius, & Theodorus Cy

De dijs uarię philosophorum opiniones.

renaicus, nullum prorsus esse deum dixerunt: Epicurus autem esse quidem deum asseruit, sed nulla inferiorum cura teneri. Protagoras, esset nec ne, nihil sciri posse dixit. Anaximander natiuos deos putabat, longisq́ interuallis orientes occidentesque. Xenocrates octo esse deos dixit. Antisthenes multos quidem deos populares, sed unum naturalem summum totius artificem. Sed in tantam insaniam multi eorum prolapsi sunt, ut quos adorarẽt deos, proprijs manib9 ipsi sibi fabricarẽt, ut erat statua Beli apud Assyrios: quos tamen factitios deos, mirum q̃ extollat Hermes Trismegestus in suo Aesculapio. De diuina autem essentia loquuti, Thales Milesius mentem dixit deum, qui ex aqua cuncta formauerit: Cleantes & Anaximenes aera deum dixerunt: Chrysippus, naturalem uim ratione prędi tam, seu diuinam necessitatẽ Zeno, diuinam naturalemq́ legem: Anaxagoras, infinitam mentẽ per se mobilem. Pythagoras, animum per naturam rerum omnium intentum & commeantem, ex quo omnia uitã capiunt. Crotoniates Alcmeon solem, lunam, cæterasque stellas deos dixit, Xenophanes omne q̃d esset, deum esse uoluit, Parmenides continentem quendam lucis orbem, quem stephanen, hoc est, coronam ꝓ deo statuit. Aristoteles, quasi ex cælorum motu satis explorata deorum cognitio haberi posset, ex illorum natura deos commentus est, ac diuinitatem modo menti tribuit, modo cæli ardorem deum dicit, modo mundum ipsum deum statuit, modo alium illi deum pręficit. hunc eadem inconstantia sequit̃ Theophrastus. Tran-

ſeo qd Strato, Perſeus, Ariſto Zenonis diſcipulus, Plato, Xenophon, Speuſippus, Democritus, Heracli des, Diogenes Babylonus, Hermes Triſmegiſtus, Cicero, Seneca, Plinius, & reliqui cenſuerunt, quorũ opiniones tamen à prioribus illis & iam recitatis non longe diſcedunt. Poſſem etiam reliquas illorũ lites, & uerborum portenta percurrere, de ideis, de incorporeis, de atomis, de hyle, de materia, de forma, de uacuo, de infinito, de æternitate, de fato, de tranſcendentibus, de introductione formarum, de materia cœli, an ex elementis ſidera conſtant, an ex quinta eſſentia, quam Ariſtoteles introducit, deque ſimilibus quæ inſanis hominibus opinandi ac dubitandi contẽdendiq́ materiam prębent, ſed ſatis me indicaſſe arbitror, q̃ nihil inter philoſophos de ueritate ipſa conueniat: quibus q̊ quis redditur propinquior, eo magis à uero ipſo longiusq́ abeſt, & catholica religione aberrat. Hinc certaſſe ſcimus Iohãnem uiceſimum ſecundum Romanum pontificem, uolentem animas beatas nõ uiſuras faciem dei ante diem iudicij. Scimus Iulianum apoſtatam Chriſtum abnegaſſe, nõ alia cauſa, q̃ quod philoſophiæ ſtudioſior, humilitatẽ fidei Chriſtianę irridere, ac contemnere cœpit. Eadẽ cauſa Celſus Porphyrius, Lucianus, Pelagius, Arrius, Manichæus, Auerrois, multiq́ alij tanta rabie aduerſus Chriſtum & eccleſiam eius oblatrarunt. Hinc natũ illud apud uulgò prouerbium: Maximos quoſq́ philoſophos, maximos eſſe hæreticos ſolere. ſed & Hieronymus uocat eos patriarchas hæreticorum, & primogenita Aegypti, & uectes Damaſci, nimis uere dicto, nam

Theologia à philosophia adulterata.

quicquid hæresum unquam fuit, totũ hoc & omne ex philosophiæ fontibus, ceu primo seminario scaturijt. Ab hac ferme tota theologia adulterata est, ac pro euangelicis doctoribus pseudo prophetę, hęretici, ac philosophi nati sunt, qui diuina oracula humanis inuentis ęquarũt, ac mirabilibus hoĩm dogmatibus polluerũt, ipsamq́ simplicem theologiam (ut ait Gerson) ad uerbosam & sophisticã loquacitatem, ac Chimerinã mathematicã reduxerũt. Quod præuidens Paulus apostolus, toties nos hortatur ac cauere iubet, ne q̃s nos per philosophiam deprædet uel seducat. Augustinus ciuitatẽ dei ab illa tuetur atq; defendit. Reliqui ferme oĩes theologi & sancti patres, eam à Christianis scholis procul ꝓpellendam penitusq́ extirpandam censuerunt. Nec desunt etiã ethnicorum exempla, quibus id aliquando factitatum legimus. nam sustulerunt Athenienses Socratẽ philosophiæ parentem, eiecerunt urbe philosophos Romani. Messaniiq; & Lacones, nec admisere unq̃, qui etiam sub Domitiano urbe exacti sunt, & tota insuper Italia interdicti. Extat etiam Antiochi regis decretum in adolescentes, q̃ philosophari ausi sunt: atq; etiam in parentes, q̃ liberis id admittebãt. Nec mõ ab impatoribus regibusq́ dãnati pulsiq́, sed à doctissimis uiris editis libris reprobati: e quorum numero sunt Phliasius, Timon, q̃ opus nomine Syllos in derisionẽ philosophorũ scripsit: & Aristophanes, q̃ in eos comœdiã scripsit, cuius nomen Nubes: & Dion Prusæus orationẽ scripsit contra philosophos oĩm, eloquentissimam. Scripsit etiam orationem Aristides contra Platonem, ꝓ quatuor

Atheniēsium proceribus multo eloquentissimam sed & Hortensius Romanus uir nobilissima familia & eloquentissimus, ualidissimis rationib9 philosophiam insectatus est. sed de ijs hactenus.

De morali philosophia Cap. LIIII.

RElıquum uero, si qua de moribꝰ (ut aliquibꝰ placet) philosphia siue disciplina est, hāc arbitror ego non tam philosophorum ratiunculis, q̄ uario usu, consuetudine, obseruatione, ac communis uitæ cōuersatione cōstare: ac ꝓ temporū, locorū, hoīmq́ʒ opinione mutabilem esse: quā minꝰ ac blādimenta pueros, leges atq; uindictā maiores docēt. nōnulla hoībus natiua addit industria, q̄ doceri nequeūt, sed ꝓ temporū usu hoīmqʒ conspiratione p/fas uel nefas inolescunt: q̊ fit, ut quod aliqn̄ uitiū fuit, mō uirt9 habeatur: & q̊d hic uirtus est, alibi uitium sit: quod uni honestū, alteri turpe: quod nobis iustum, alijs iniustum sit, ꝓ cuiusqʒ temporis, loci, status, hominū opinionibus uel legibꝰ. Apud Athenenses licuit uiro sororem germanā habere in matrimonio, at id quidem apud Romanos nefas habebatur: quondam apud Iudæos, & hodie apud Turcas, licet uiro plures habere uxores, insuper & pellices cōcubinas, hoc apud nos Christianos nō tam nefas est, q̄ damnabile scelus. Laudi in Græcia ducitur, adolescentulos q̄ plurimos habere amatores. Deniqʒ tam fœminas q̄ uiros in scenā ꝓdire, & populo esse spectaculo, nemini in eisdē gentibus fuit turpitudini, quæ tamē apud Latinos Romanosq́ʒ, humilia, infamia & ab honestate remota censebātur

Mores alij atq; alii apud diuersas nationes

Neq; tamen pudebat Romanos, uxores ducere in conuiuia, illasq; in celebritate uersari, ac primas tenere partes ædium: in Græcia uero neq; in conuiuium adhibetur uxor, nisi propinquorum, neq; uersatur nisi in interiore parte ędiũ, quo nemo accedit, nisi ꝓpinqua cognatione coniunctus. Furari apud Aegyptios & Lacedęmonios honorificũ erat, apud nos fures furca suspensi strangulantur. Inquit Iulius Firmicus in astrologicis suis ad Lollianum scribens: Quædam gentes ita à cęlo formatę sunt, ut ꝓpria sint morum unitate perspicuæ. Scythæ immanis feritatis crudelitate grassantur, Itali fuerunt regali semper nobilitate præfulgidi, Galli stolidi, acuti Siculi, luxuriosi semper Asiatici, & uoluptatibus occupati, Hispani elata iactantiæ animositate prępositi. Habent singulę nationes à superis agnata sibi morum discrimina, per q̃ facile à se inuicem discernantur, ut cuius quisq; nationis sit oriundus, à uoce, a sermõe, ab oratione, à consilio, a conuersatione, a uictu, à negocio, ab amore & odio, ab ira a militia, similibusque exercitijs facile cognoscatur.

Sua cuiq; natiõi discrimina.

Quis enim uidens hominem ingredientem incessu gallinaceo, gestu gladiatorio, uultu effreno, uoce bobula, sermone austero, moribus ferocem, habitu disoluto, laciniatove, nõ mox indicet esse Germanũ? nõne Gallos cognoscimus ab incessu moderato, gestu molli, uultu blanda, uoce dulcisona, sermone facili, moribus modestis, habitu laxo? Hispanos au ab ingressu & moribus, gestibusque festiuis, uultu elato, uoce flebili, sermone eleganti, habitu exquisito. Italos uero uidemus incessu tardiusculos, gestu

graues, uultu inconstantes, uoce remissos, sermone captiosos, moribus magnificos, habitu composi-tos. Iamq; scimus etiam, quia in cantu balant Itali, gemunt Hispani, ululant Germani, modulantur Galli. Sunt in oratione graues, sed uersuti Itali, cul ti, sed iactabūdi. Hispani prompti, sed superbi Gal li duri, sed simplices Germani. In consilijs est pro uidus Italus, astut9 Hispanus, inconsideratus Gal lus, utilis German9. In uictu est mundus Italus, de licatus Hispanus, copiosus Gallus, inconditus Ger manus. Sunt erga exteros officiosi Itali, placidi His pani, mites galli, agrestes inhospitalesq; germani. In conuersationibus sunt prudentns Itali, cauti His pani, mansueti galli, imperiosi intolerabilesq; Ger mani. Sunt in amoribus Zelotypi Itali, impatien-tes Hispani, leues galli, ambitiosi germani. In odijs uero sunt occulti Itali, pertinaces Hispani, minaces galli, ultores germani. In gerēdis negocijs sunt cir cūspecti Itali, laboriosi germani, uigiles Hispani, soliciti galli. In militia sunt strenui, sed crudeles Ita li, Hispani callidi & rapaces, germani truces & ue nales, galli magnanimi, sed præcipites. Insignes sunt literaturæ Itali, nauigatione Hispani, ciuilita te galli, religione & mechanicis artificijs germani. Et habet unaquæq; natio quantulacunque etiā, si-ue ciuilis siue barbara, peculiares mores rit9q; sibi a cæli influxu a cæteris diuersos, qui sub nullam ar tem philosophiamque cadere queunt, sed sola na-turali uirtute absque omni disciplina hominib9 de generantur. Sed conuertamus sermonem nostrum ad eos, qui nobis harum rerum disciplinam scrip-

tis tradidere. Hi certe functi serpentis officio, eum nobis fructum dedere, cuius pastu discam⁹ scire bonum & malum. Hęc em̄ prima eorum pestilens opinio est, bonū & malum non esse ignoranda: ita demum aiunt, melius uirtutem hoīes sequuturos, & uitia fugituros. At quāto certius & utilius, quāto etiā felicius foret, mala nō modo non facere, sed & penitus ignorare? Quis nescit eo ipso nos oēs miseros factos, cū primi hūani generis parētes, q̄d bonū esset, q̄dq́ꝫ malum didicerūt? ac idcirco forte cōdonatus esset philosophis hic error, si non etiā sub uirtutum ac bonorū nomine, nos pessima mala, turpissimaq́ꝫ uitia docerēt. Sectę aūt illorū q̄ ethica tractarunt, haud paucæ sunt, ut Academica, Cyrenaica, Eliaca, Megarica, Cynica, Eroitiba, Stoica, Peripatetica, & plerę́qꝫ aliæ. De his int̄ cæteros, ita philosophatus est Theodorus ille, quē nuncupatū esse deum memorāt scriptores, uidelicet: Furto & adulterio, sacrilegio quoqꝫ cum tēpestiuū erit, dabit operam sapiens, nihil quippe horum turpe natura est: sed si auferatur ex hisce uulgaris opinio, quæ stultorum imperitorumque plebecula conflata est, sapientem publice absqꝫ ullo deprehensionis rubore scortis congressurum. Talia sunt diuini huius philosophi placita, q̄bus nescio an q̄d tradi posset turpius, nisi quam legimus ab Aristotele ꝓbatam, & in Creta lata quoque lege permissam masculam Venerem, quam & Hieronymus peripateticus ea ratione celebrat. ingens: q̄a eius causa multæ tyrannides sublatæ fuerunt. Aristotelis autē uerba in Politicis, ubi censet utilem esse reipublicæ, ne sit plebeijs homi-

Aduersꝰ Philosophorum de scientiis ꝑdiscēdis opinionem.

Venꝰ mascula.

nibꝰ,numerosa soboles, hæc sunt:Ad cibi temperãtiam ueluti perutilem,multa legis lator sapiēter ac studiose constituit,& de mulierum diuortijs:siquidem ne superfluam parerent multitudinē,cum masculis indixit concubitum. Hic est ille Aristoteles, cuius mores a Platone reprobati,unde exortum illius in magistrum odium & ingratitudo:qui scelerosæ uitę iudicium ueritus,Athenis clam raptimq́; profugit, ꝗ in benefactores ingratissimus,etiã Alexandrum illum magnum,a quo ample magnificeq́; ornatus extitit,quiq́; illi uitam,corpus animamq́; credebat, ac Patriam restituit,Stygię aquę ueneno peremit: qui etiam de anima male sentiens, locum gaudij post mortem negauit:ꝗ ueterum dicta compilatus,maligneq́; interpretatus,ingenij laudem furto,ac calumnia quæsiuit:quin iam inueteratus dierũ malorum,ex scientiæ immoderata cupiditate in rabiem uersus, sibiipsi intulit necem, ipsis dæmonibꝰ dignum factus sacrificium, qui docuerunt illum scire: dignissimus profecto hodie Latinorum gymnasiorum doctor, & quem Colonienses mei theologi etiam diuis adnumerarent, librumq́; sub prælo euulgatum ederent, cui titulum facerēt de salute Aristotelis:sed & aliũ uersu & metro de uita & morte Aristotelis, quem theologica insuꝑ glossa illustrarunt, in cuius calce cōcludunt Aristotelem sic fuisse Christi præcursorem in naturalibus, quemadmodum Iohannes Baptista in gratuitis. Sed ne longius digrediamur à proposito, qđ de felicitate ac summo bono sentiant philosophi,audiamus: hanc nanq́; alij in uoluptate posuerunt, ut Epicurus, Aristippus, Gni

Quæ felicitas aut summum bonum philosophis

dius, Eudoxus, philoxenes, & Cyrenaicij: cum uoluptate honestatem copularunt, ut Dinomachus & Calipho: alij id in primogenijs naturę collocarunt, ut Carneades & Hieronymus Rhodius: alij in indolentia, ut Diodorꝰ: alii in uirtutibꝰ, ut Pythagoras, Socrates, Ariston, Empedocles, Democritus, Zeno Citicus, Cleãtes, Hecaton, Possidonius, Dionysius Babylonicus & Antisthenes & Stoici omnes, multiq; ex nostris theologis, illis quodammodo adsentientes, adhuc disputant de connexione uirtutum, & quod sit illud commune felicitatis fundamentum, in quod omnes uirtutes conuenire debent. Nisi em̃ omnes in unum confluxerint, nequaquam faciẽt hominẽ felicem, etiam si una sola defuerit. Cum itaq; dispares & quodammodo pugnantes uirtutes sunt, liberalitas & parsimonia, magnanimitas & humilitas, misericordia & iustitia, contemplatio & solicitam opus in frequenti ministerio, & huiusmodi multę, nisi omnes in uno conueniant cõcordes, iam nõ uirtutes, sed uitia censeri possent. Illud autem in quod conuenire omnes debent, Ambrosius & Lactantius, cum Macrobio Platonẽ in sua republica secuti, iustitiam putant: alij temperantiam modum omnibus imponentem: alii pietatẽ, ut Plato in Epinomide: alii charitatem, siue qua nullus est profectus in uirtutibus, ut sentit Paulus, & adhuc super istis argumentatur Thomas, Henricus & Scotus & alii. Sed modo reuertamur: felicitatem adhuc posuerunt alii in fortuna, ut Theophrastus: sed Aristoteles in fortuna cum primigeniis uirtutibus quę coniuncta, quinimo in uoluptate, sed uirtutum bo

nis fucata, quasi non eisdem etiam Epicurus suam uoulptatem tueatur: cęteri deniq; peripatetici in speculatione. Herillus philosophus, Alcidamus, & Socratici multi, summum bonum putabant scientiam, uerum Tiberini populi Chalybibus uicini, quorum meminerunt Apollonius & Pomponius, luxum risumque summam esse felicitatem dixerunt. Sunt & qui summum bonum in silentio posuerunt, Platonici uero cum suo Platone & Plotino diuina semper redolentes, in unione cum summo bono felicitatem locauerunt, Bias Prienæus in sapientia, Bion & Borysthenes in prudentia. Thales Milesius in harum congerie, Pittacus Mitylenæus in bene agere, Cicero in omniū rerum uacatione, sed hęc nisi in solo deo inueniri potest. Transeo reliquos plebeios philosophos, qui omnē felicitatem sustulerunt, ut Pyrrho Eliensis, Euricolus, & Xenophanes, & qui summam felicitatem in gloria, honore, potentia, odio, diuitijs, & similibus locarunt, ut Periander Corinthius & Lycophron, atq; illi de quibus ait Psalmista: Quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi. Promptuaria eorū plena eructantia ex hoc in illud. Oues eorū fœtosæ, abundātes in egressibus suis, boues eorū crassæ. Non est ruina macerię neq; transitus, neq; clamor in plateis eorum. Beatū dixerūt populum cui hęc sunt. Iam & de uoluptate itidē diuersum sentiūt, quam (ut supius audistis) Epicurus summū bonum arbitrat̃, contra Architas Tarēti

nus, Antisthenes, Socrates hanc summū malum dicunt: Speusippus aūt & aliqui ueteres Academici dixerunt uoluptatē & dolorē esse duo mala inter se opposita: bonum aūt hoc, quod inter illa medium esset. Zeno censuit uoluptatem neq; bonum neq; malum, sed esse indifferens. Critolaus peripateticus & Plato uoluptatem dicunt malam, multorumq; malorum escam atq; parentem. Longum nimis esset oīm adferre de felicitate opiniones, & congeriem fecere ex his, quib9 alii quamplurimos libros compleuere: nam octo supra ducentas & octoginta de istis a Marco Varrone collectas opiniones meminit Augustinus, quarū famosiores hic recitasse satis putamus. Sed uideamus nunc, quomodo hæc cum Christo conueniant, apparebitq; felicitatē beatitudinēq; nobis nō acqri per uirtutē Stoicā, nec per purgationem Academicā, nec per speculationē Peripateticā, sed per fidem & gratiam in uerbo dei. Audistis eñ quomodo felicitatem seu beatitudinē philosophorū alii ponunt in uoluptate, sed Christus in fame & situ, alii in honestate & fama & amplitudine noīs, sed Christus in maledictione & odio hominum, alii in primigeniis, sanitate, lætitia & indolentia, sed Christus in fletu & luctu, alii in prudentia & scientia ac uirtutibus moralibus, sed Christus in innocētia & simplicitate & munditia cordis, alii in fortuna, sed Christus in misericordia, alii in gloria belli, & subactione terrarum, sed Christus in pace, alii in honore & pompa, sed Christus in humilitate, beatos uocās mites, alii in potētia & uictoria, sed Christus in persecutione, alii in diuitiis, sed Christus in Pau-

pertate. Docet Christus absolutā uirtutem, nō nisi gratia desuper data acquiri, philosophi hanc propriis uiribus & adsuetudine parari: docet Christus omnem concupiscentiam esse peccatum, contra philosophi inter medias res numerant, quæ nec uirtutis nec uitii censeantur: euadere autem uirtutes si quis eis mediocriter afficiatur. Docet Christus de omnibus bene merēdum esse, etiam inimicos diligēdos, libere mutuum dandum, de nullo uindictam sumēdam, omni petēti tribuendum: contra philosophi, non nisi his qui beneficium compensant beneficio: cæterum liceat irasci, odisse, contendere, belligerari, fœnerari. Porro ij nobis cum suo libero arbitrio ac rectæ rationis dictamine atq; naturali lumine, Pelagianos hæreticos dedere. Tota autem moralis philosophia (teste Lactantio) falsa ē & uanis, nec instruens ad iustitiæ munera, nec officium hominis rationesq; confirmans. Tota denique diuinæ legi ipsiq; Christo repugnat, ut eius gloria nulli alij debeatur quam satanæ.

De politica. Cap. LV.

AD hanc philosophiam pertinet etiam politica, quæ est ars administrandæ reipub. Eius uero tres sunt species, uidelicet monarchia, quæ est unius regimen: aristocratia, quæ est paucorum, sed nobilium, diuitum, seu optimatum: democratia, quę est plebis siue popularis. His affines sunt tyrannides, oligarchia & anarchia. Verum quę istarum præferenda sit, inter scribentes nondū conuenit. Nam qui monarchiam antecellere disputant, Politicę partes.

naturæ exemplis opinionem suam muniunt, dicentes, quod sicut in uniuerso unus est summus deus, in stellis unus sol, rex unus in apibus, dux unus in gregibus, in armentis rector unus, & grues unum sequuntur: sic in republica oportere unum esse regem tanquam caput, à quo nequaquam membra dissentiant. Hanc præ cæteris probarunt, Plato, Aristoteles, Apollonius: quibus subscribunt ex nostris Cyprianus & Hieronymus. Qui uero aristocratiam extollunt, aiunt nihil melius rebus magnis administrandis, quàm plurium optimorumq; in unum consentientium cōsultationes. Nam ex pluribus optimis, necesse est optima constare cōsilia: neminem autem solum satis sapere, solius dei hoc munus esse. Huic quoq; opinioni subscribūt, Solon, Lycurgus, Demosthenes, Tullius, & ferme omnes illi ueteres legislatores, etiā Moyses: quibus consentit etiam Plato, eam rempublicam & ciuitatem inquiens, in optimo felicissimoq; statu uideri constitutam, quę à sapientibus regeretur: cui, si placet, adijciamus etiam à nobilibus, siquidem hæc opinio est multorū consensu firmata. Qui autem popularem rempublicam prętulerunt, hanc omninm pulcherrimo nomine appellarunt Isonomiam, hoc est, iuris ęqualitatem. Nam omnia illic in cōmune referuntur, & consilia omnia à multitudine, cui haud dubie omīa insunt, capiūtur certiora. Deniq; uox populi, uox dei hinc quicquid omnibus placet, quicquid communis populi consensu statuitur, hoc tanquam à deo ipso ordinatum, optimum atq; iustissimum esse præsumatur necesse est. Hoc denique regimen tutius esse

Platonis dictum,

aiunt q̃ optimatum, eo ꝙ minime ſubiacet ſeditioni, populus enim nunquam uel raro inter ſe diſſidet, optimates autem maxime & ſæpiſſime. Præterea in populari regimine omnis ineſt æqualitas atq; libertas, nullorum tyrannide oppreſſa, ubi pares honorum gradus, nec quiſquam uicino præſtat, ſed unuſquiſq; & omnis multitudo per uices imperat, & imperatur. Hanc igitur præ cæteris laudarũt Othanes Perſa, Eufrates, & Dion Syracuſanus, & nos uidimus hodie hac democratia Venetos & Helueticos præ omnibus Chriſtiani orbis principatibus maxime florere, prudentiæq; & potentiæ, diuitiarum & iuſtitiæ laudem, atque uictoriæ palmam obtinere, quin & Athenienſium reſpublica olim latiſſime potentiſſimeq; imperans, ſola democratia regebatur, omniaq; agebãtur a populo & apud populum. Atque Romani olim om̃es has adminiſtrationes perpeſſi, maximam imperij partem ſub populari democratia adepti ſunt, nec unquam peius habere q̃ ſub regibus & optimatibus peſſimæq; ſub imperatoribus, ſub quibus omnis eorum potentia naufragium fecit. Itaq; quæ iſtarum trium melior, potiorque, non facile diiudicari poteſt, cum quæq; ſuos aſſertores habeat & impugnatores. Reges enim quibus pro libidine omnia licet impune facere rariſſime bene imperant, nec unquã ſine bellorum ſtrepitu regnant. Habet quoque hoc in ſe regalitas peſtiferum malum, ut etiam ii, qui olim fuerint uiri optimi, omniumque conſenſu probati, mox regiam adepti tanquam peccandi licentiam, inſolentes peſſimiq; euaderent, quod in Caligula, Nerone, Domi

tiano, Mithridate, & plerisq; aliis uisum est, quin etiam in Saule, Dauide, Salomone electis à deo regibus, sacræ literæ produnt, atq; ex omnibus regibus Iuda uix pauci sunt probati, ex Samariæ regib. nullus: sed q hodie reges & imperatores & principes habentur, non pro populo, pro ciuibus, pro plebe, pro iustitia, sed pro nobilitate tuenda confirmãdaq; nati constitutiq; sibi uidentur: atq; sic regunt, ut non eorum custodiæ traditæ, sed rapinæ & depopulationi datæ ciuium omnium fortunę uideantur, omnia ab omnibus auferentes, ac subiectis utuntur pro arbitrio, interdum etiam pro placito, & concessa eis desuper potestate in subditos abutuntur, ciues mutuationibus, plebem indictionibus, alios exactionibus, cæteros uectigalibus, aliis super aliis, sine modo, sine fine onerãtes. Quod si modestiores hæc remittant, tamen nõ in cõmune bonum, sed in sua cõmoda illud faciunt, permittentes subditis bñ esse, quo ipsis bene sit, habeantq; cũ uelint quod rapiant: quin & quo iustitiæ laudem sibi aucupentur, leges arcte sanciunt, sed auaritiam & crudelitatem iustitia uestiunt: prçuaricatiõis reos terribilib. suppliciis, bonorum proscriptionibus, & multis enormibus afficiunt, in hoc tyrannis non meliores, quo cupiunt q̃ plurimos esse prçuaricatores, nam ut scelera delinquẽtium, uires sunt tyrannorum: sic multitudo trangressorum, diuitię sunt principum. Erat mihi olim in Italia cum potente principe consuetudo admodum familiaris, quem cum hortarer aliquando, ut Gibellinorum ac guelforum factiones in dominatu suo compesceret, fassus est mihi, illius

factionis occasione, ad duodecim millia ducatorum in mulctis fisco suo quotãnis inferri. Verum de hoc latius in libro de nobilitate politica disseremus. Vbi aũt reip. regnum optimates tenent, in eadem cũ ipsis republica degunt ira, odium, æmulatio: quapropter rarissime inter se concordes regnant, & dũ unusquisq; suam sententiam præferri, ac primus esse uult, odia inter se priuata excitantur, unde sæpe factiones, seditionesq; & cædes, & ciuilia bella in reipub. perniciem exoriuntur. Cuius mali infinita exempla, & græcorum & Latinorum historię com memorant, & hodie adhuc plures Italiæ ciuitates, misera illorum spectacula præbent. Administratio nem uero popularem perinde ac pessimam censent ferme omnes. Hanc multis rationibus Vespasiano dissuadet Apollonius: & Cicero ait: Non esse ratio nem in uulgo, non consilium, non discrimen, non di ligentiam, & Poeta canit:

Scinditur in certum studia in contraria uulgus.

Et Othanes Persa ait, populari multitudine nihil esse insolẽtius, nihil insipiẽtius, ꝓpriumq; plebi nihil intelligere, sed ad res obeundas sine cõsilio præcipites ruere, torrẽti flumini similes. Demosthenes ꝗq; populum malam bestiam uocat, & Plato hunc beluam multorũ capitũ nominat, cuius meminit Horatius: & Phalaris ad Egesippum scribens: Populꝰ om̃is, inquit, temerarius est, demẽs, desidiosus, ꝓmptissimus in ꝗd. unq; contigerit mutare sententiam, perfidus, incertus, uelox, proditor, fraudulentus, uoce tantũ utilis, & ad iram & laudem facilis: hinc est utq; in agẽda republica populo placere annititur

honestis pefeat cõtumeliis. Sed & Lycurgus legis-lator Lacedæmonius interrogatus aliquando, cur in republica sua statum popularem non constituisset respõdet interoganti, tu prius in domo tua efficito principatum popularem. Aristoteles, quoque in ethicis censet, administrationem populi esse pessimam, unius uero optimam. Est enim plebs errorũ & prauarum cõsuetudinum magistra, ingens'q; malorum cumulus. Nec enim rationibus, nec autoritatibus, nec suasionibus flecti potest, cũ illas non intelligat, has aspernetur: ad persuasiones uero indocibilis est, & obstinati, cuius mores inconstantissimi, semp noua cupiens, & odiens presentia, nec sapientium doctrina, nec patrum disciplina, nec maiestate principium contineri potest, quam penes nunquam sine piriculo aut frustra sapientum cõsilia audita sunt semper fere multitudinis stultitia præualente: sicut notum est in Socrate de deorum opiniõe ad Atheniẽses in Capy Troiano, de equi introductione: in Magio Campano, ne Hãnibal in urbem reciperetur consulenti: in Paulo Amilio, pugnã Cannensem detrectanti: deniq; in tot prophetarum domini prædictiõibus, à populo Iudaico minime exauditis. Proinde populi statuta, ac plebis placita quomodo poterunt esse bona, cũ popularis illa multitudo fere semp quæ optima sunt ignoret, cum maior illius pars manuarii sint opifices, tum quia non in iustitiæ & æquitatis ratione, sed in numero consistant, in quo semper plures sunt mali q̃ boni: nec exacto rerum ducitur iudicio, sed studio multitudinis & numero, sicut ait Plinius ille iunior: Nume-

Plebs errorum princeps

tantur enim sententiæ, non ponderantur. Non em̃ quod prudentioribus, sed quod pluribus uisum est, in populari cõsultatione maiores obtinet uires. In ter quos, cum omnes sibi habeantur æquales, nihil est tam inęquale, quàm æqualitas ipsa. Promiscuo itaq; plebs impetu nihil salubriter instituit, nihil eorum quæ in peius collapsa sunt, in melius restituitur, quin quæ optima instituta sunt, plebis licẽtia potius conturbantur, tolluntur q;. Inter has autẽ tam diuersas reipub. administrationes, pleriq; mixtam ex duabus speciebus politicam delegerunt, ut qualem Solon ex optimatibus & populo instituit, omnibusq; eo modo suos honores communicauit. Pleriq; etiam mixtam ex omnibus, cuiusmodi erat Lacedæmoniorum. Rex enim apud eos erat perpetuus, sed qui tantum bellorum tempore dominaretur, eratq; optimatum senat9 e potentioribus & ditioribus: Ephores quoq; ex plebe creabant decem perpetuos, qui uitæ necisq; haberẽt potestatem, statum plebis repræsentantes. Apud Romanos olim democratiæ propter senatus autoritatẽ mixta erat aristocratia. Multa enim apud populum, nonnulla apud senatum imperabantur. Hodie multis locis reges & principes pro arbitrio imperant. tamen optimates prouinciarũ ac magistratus cõsilijs rebusq; gerendis adhibent. Atq; hinc oritur quæstio, quæ respublica tutior sit, an, in q̃ princeps malus & consiliarij boni, siue, ubi princeps bonus probusq;, sed consiliarij praui. Marius Maximus & Iulius Capitolinus, ac multi alij priorem eligunt. quibus tamẽ alij multi graues autorẽs non adsentiunt, cũ experi

entia ipsa uideamus sæpius à bono principe malos corrigi, quam malum principem a bonis emendari. Tandem uero, ut respublica optime administretur, nulla philosophia, nulla ars, nulla scientia prę̃stãt, sed probitas rectorum. Optime enim unus, optime pauci, optime populus imperant, si probi sint, pessime autem si sint improbi. Sed quod omnem uincit improbitatis temeritatem, cum agrum colere, gregem pascere, nauim regere, familiam gubernare, filios educare, multi se aut ignorare, aut nescire, aut non posse fateantur, tamen magistratum in urbibus agere, regem & principem se gerere: & quod difficilimum est, populis & nationibus imperare, nemo sibi à natura negatum putat. Cæterum quod spectat hic ad ciuilium legum scientiam, quib9 omnes respublicæ & ciuitates constant, reguntur, augentur, atq; seruantur, dicemus inferius.

De religione in genere. Cap. LVI

Religio. AD reipub. integritatem pertinet etiam religio, quæ est disciplina quædam exteriorum sacrorum ac cęremoniarum, per quam rerum internarum & spiritualium tãquam per signa quædam admonemur, quam Cicero definit disciplinam, per quam reuerenti famulatu cęremoniæ diuini cultus exercentur: quam quidem ciuitatibus maxime utilem & necessariam esse testatus est cum Cicero, tum etiã Aristoteles. Sic enim ait in Politicis: Oportet principem præ alĳs deicolam uideri. Minus enim putant subditi à talibus pati aliquid iniquũ, & minus machinantur contra talem, tanquã habeat pro-

pugnatores etiam deos. Religio autem à natura sic hominibus insita est, ut plus illa, quã rationalitate à cæteris animantibus discernamur. Quod autẽ no bis naturaliter insita sit religio, ipse fatetur Aristo teles: tum ex eo liquet, quod quoties subitaneis periculis & timoribus aliqua perturbatione obruimur, confestim antequam aliquid perscrutemur, et ante omnem electionem, ad diuinam iuuocationem confugimus, natura uidelicet nos absq; alio præceptore diuinum auxilium implorare edocente. Iamq; ab initio creationis mundi Cain & Abel ipsi deo religiose sacrificarũt: sed Enoch primus fuit, qui quo ritu deus inuocandus esset, instituit. Quare de eo dicit scriptura: Tunc tandem cœpit inuocari nomen dñi. Post dilucium a multis multæ q̃ multis gentibus religionum leges datę sunt. Nam Mercurius et Mẽna rex, Aegyptijs: Melissus Iouis nutritor, Cretensibus: Faunus, & ante illum Ianus, Latinis, Numa Pompilius, Romanis. Moyses & Aaron, Hebræis. Orpheus, græcis. Tum Cadmus Agenoris filius, ex Phœnice mysteria & solennitates deorũ, simulacrorũ consecrationes & hymnos, cęteraq; sacra, pompas & celebritates, quibus dijs honores impenderentur, Græcis primũ tradidisse legit. Quin etiam furtorum & scelerũ numina esse tradiderũt, nec tantum nomina deorum dederunt, sed etiam instaurarunt sacra. Coluerunt Romani Iouem adulterũ & stupratorem, & Febri publicum phanum in palatio dedicarunt, & arã malæ Fortunæ in Exquilijs. Quin etiam apud inferos inuenerũt quos colerent deos, ipsumq; infernorum principem oim̃ insi

mum & miserrimum satanam, sub Ditis, Plutonis, & Neptuni nominibus uenerantes, assignantes illi custodem tricipitem Cerberum, hoc est, carniuorũ, qui semper circuit quærens quē deuoret, nulli parcens, omnibus nocens, omnes accusans. Hinc diabolus quasi criminator appellatus. Vnde poeta canit:

Dux Erebi populo poscebat crimina uitæ,
Nil hominum miserans, iratus omnibus umbris,
Stant furiæ circum, uariæque exordia mortis,
Sæuaque multisonans exercet pœna catenas.

Coluerunt quondam Aegyptij cum dijs suis etiam animalia bruta & monstra, & sunt adhuc hodie qui idola & simulacra colunt. Quin Turcæ, Saraceni, Arabes, Mauri, & magna pars orbis hodie Mahumetum colunt absurdissimæ religionis conditorem, & Iudæi in sua perfidia adhuc perseuerantes, uenturum eorum Messiam pertinaciter expectant. Et nobis Christianis diuersi diuersis temporibus & religions pontifices nostri, religionum mores præscripserunt, mirum quot legibus inter se dissidentes circa ritus, circa ca remonias, circa cultum, circa cibos, circa ieiunia, circa quæstus, circa pompas, circa mitras, & circa purpuram, & eiusmodi. Sed unum admirabilium uincit admirationem, quilli his ambitiosis moribus se cælum posse ascendere putant, quibus Lucifer olim cælo deciderit. Ac tandem omẽs istæ religionum leges, nullo alio fundamento incumbunt, quam suorũ instituentiũ placitis: nec aliam insuper certitudinis regulã habent, nisi ipsam credulitatẽ. Considerate ab initio mundi quot sunt, quot fuerunt in religione studia, quot

cæremonię, quot cultus, quot ritus, quot hæreses, quot placita, quot uota, quot leges, & nōdum a tot seculis homines ad rectam fidem perducere potest, religio absq; uerbo dei: quo incarnato, & in cruce de hostibus triumphante, deiecta sunt tēpla & idola, & deorū potestates ablatę, defecerūtq; oracula.

Ablata est Pythij nox haud reuocabilis ulli.
Temporibus longis etenim iam cessat Apollo,
Clauibus occlusis silet: ergo rite peractis,
Discedas patria & redeas ad limina, sacris.

Ex quo enim uerbum dei per euangelij nuncium illucescere cæpit mundo, omnes dij gentium ueluti fulgure tacti corruerūt: sicut apud Lucam ait Christus: Vidi satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Luce. 10
Verum quod hic ad fidem, & ad theologiam, & ad canonum decreta pertinet, discutiem9 inferius, nos hic de religione loquimur, quantam ad eas artes, q̄ ad sacerdotum quæstum, & ad rempublicam suis simulacris, statuis, imaginibus, templis phanis, sacellis, fastis, pompis, & sacerdotiorum magistratibus ornandam attinet, de quibus alibi inter placita theologica, anno millesimo quingentesimo decimo, per me Coloniæ declamata amplo sermone disputaui, quocirca ea istic breuissimo sermōe transigimus, ostendentes etiam in illis, quę cohonestandæ religionis causa, & ad hominum salutem inuenta sunt, sæpe non minimam inueniri cum uanitate malitiam Quod ita esse, nunc per singula discurrentes monstrabimus.

De imaginibus
Cap. LVII

IMaginū itaꝗ cultum, iam ab antiquo nō oēs populi admiserunt. Siquidem Iudęi (ut narrat Iosephus) nihil magis exhorruerunt quā simulacra, nec aliquam effinxerūt imaginem eius quod coluerūt, neque eorum quorum memoriā tenuerunt. Lex siquidem dei per Moysen prohibuit illis simulacra fieri, aut in templis poni, aut adorare coram eis. Apud Seres populos (teste Eusebio) etiam lege cautum erat, ne simulacra uenerarent. In Romanorū q̊ꝗ templis, apud Clementem & Plutarchum, ex decreto Numæ, annis centum & septuaginta ab urbe condita, nullam imaginem, neque fictam, neque pictam esse conspectā legimus. August. quoꝗ idem testatur, autore Varrone, cuius (inquit) uerba clarissime testātur, nullum fuisse in urbe simulacrū deorum per annos centum sexaginta, factumque deinceps, ut ex imaginum ac statuarum multitudine, religionis cultus negligeretur, atꝗ contemptui haberetur. Persæ etiam (testibus Herodoto & Strabone) statuas non extruebant. Aegyptiorum autem in istis summa erat impietas & stultitia, exinde in omnes gentes deriuata, qui quidem corruptus gentilium mos & falsa religio, cum ipsi ad Christi fidem conuerti cœperunt, nostram quoꝗ religionem infecit, & in nostram ecclesiam simulacra & imagines, multasque pomparum steriles cæremonias introduxit, quorum nihil om̄ino fuit apud primos illos & ueros Christianos. Nec dici potest quanta superstitio, ne dicam idololatria, penes rudē & indoctā plebem alatur in imaginibus, conniuentibus ad ista sacerdotibus, hinc non paruum lucri quæstum per-

cipientibus. Atq; hic tuentur se Gregorij uerbis dicentis: Imagines esse libros uulgi, ut possit rerū memoria retineri, atq; in his legant, qui literas non didicerunt, illisq; conspectis ad dei contemplationē trahantur. Verum hæc sunt excusantis Gregorij humana commenta, licet sanctus ille uir imagines probet, non cultum. Non enim decet nos ex uetito imaginum libro discere, sed ex libro dei, qui est liber scripturarum. Qui ergo cupit deum nosse, non requirat ab imaginibus pictorum & statuariorum, sed (ut inquit Iohannes) scrutetur scripturas, quæ testimonium perhibent de illo. Qui autem nesciunt legere, ij audiant uerbum scripturæ. Fides enim eorum (ut ait Paulus) ex auditu est. Et Christus apud Iohannem ait: Oues meæ uocem meam audiunt. Iamq; etiam si (quod ait Christus) nemo potest uenire ad eū, nisi pater traxerit illum: & nemo uenit ad patrem, Iohan. 10 nisi per ipsum Christū, cur auferimus gloriā deo, Iohan. 6. tribuentes illam picturis & statuis, ac si possent trahere in contemplationē dei? Accedit istuc etiam reliquiarum cultus immoderatus. Fatemur enim, nec quisquam negare poterit, sanctas esse sanctorum reliquias, & quæ æternitatis gloria fulgebunt aliqn. Ideoq; à nobis summa reuerentia colendos. fateamur etiam sanctos ipsos, licet in omnibus locis exaudiant pie inuocantes, magis tamen ubi aliquid reliquiarum suarum uelut pignus habent. Sed quia nō omnium certitudo eadem est, cum uarijs in locis putantur sanctorū eorundem eadē retineri pignora, necesse est horum aut illorum stultam confidentiam esse oportere. Ne igitur in idololatriam uel supersti-

ionem incidamus, tutius est fidem rebus uisibilib9 non affigere, sed colere sanctos in spiritu & ueritate, per dominū nostrū Iesum Christum illorum opē implorantes. Certiores itaq; reliquias, & digniores non habemus sacramento corporis Christi, qu unicum sanctū sanctorum in omibus templis nostris seruatur, quia coram Christum ueneramur, & adoramus præsentem, qui licet ubiq; præsens sit, ibi tamen etiam corporaliter præsens est. Sed auarum sacerdotale genus, auari homines, non modo ex lignis & lapidibus, sed etiam ex mortuorum ossibus, & sanctorum martyrum reliquijs materiam auaritiæ suæ captantes, suæ rapinæ instrumenta fecerunt: attollunt sepulchra confessorum, exponunt reliquias martyrum, uendentes illorum contactus & oscula, exornant illorum simulachra, & festa illorum magnis pompis decorant, prædicant illos sanctos, & extollunt magnis præconiis, uitam autem illorum quos tantopere laudant, longissime fugiunt. Nonne istis locutus est saluator? Væ uobis qui ædificatis sepulchra prophetarum, similes illis q occiderūt eos. Proinde gentiliū more sanctis ipsis officia distribuunt, & hunc cum Neptuno aquarum periculis subuenire, illum cum Ioue fulmen incutere, aut cum Vulcano ignem: alium messes curare cum Cerere, alium præesse uitibus cum Baccho. Et habent mulierculæ suas diuas, à quibus ceu à Lucina aut Venere liberos petant, & quæ cum Iunone iratos placant uel uindicant maritos. Iam uero etiam sunt qui furta & amissa seu perdita recuperare faciunt, atq; nullum morbi genus est, quod inter diuos non habeat

Sacerdotes auari

suum medium: quæ causa est quo minus lucrentur medici quam causidici, cum nulla sit lis tam pusilla, tam iusta, quæ diuum aliquem habeat patronũ. Verum sicut anima nostra per diuersa membra diuersos explicat actus, & illa pro diuersitate dispositionum suarum diuersas suscipiũt potentias, ut oculi uisum, aures auditum, ita dominus noster Iesus Christus in corpore suo mystico, cuius ipse anima est, per diuersos sanctos suos, uelut accommodata ad hoc membra, diuersa suę gratiæ munera, in istis inferioribus administrat atq; distribuit, & singuli sancti peculiare cooperandi munus sortiuntur, & singuli certas gratias impartiuntur, iuxta quã multiformem gratiarum distributionem, partim hominibus reuelatam, partim pijs coniecturis adsecutã, uarijs precibus & inuocationibus sanctos imploramus. Putamus equidem quemadmodum Christ9 morte sua mortem nostram redemit, in cuius morte cœperunt sanctæ mortes, omniumque fidelium mortes sanctificantur: sic martyres eos, qui certo quodam morborum genere, aut huic simili tormento cruciati perierint, ab illo, tanquam id pro nobis passi, nos liberare, & habet id quidem rationem nõ inualidam. Sed ridendi sunt, qui a nominis similitudine, & uocum confusiõe, & per similia futilia inuenta sanctis illa adscribunt, ut Germani caducum morbum Valentino, quia hoc nomen cadere significat, & Galli Eutropio addicant hydropicos, ob uocis consimilem sonum. Nihil ergo hic diuinæ potentiæ & sanctorum meritis derogatum uolo. Impius enim est quisquis de pietate Christiana ac san- Ex nõis etymo.

ctorum miraculis perperam ſentit, ſed ſuperſtitioſus & improbus eſt, qui pro miraculis prodigioſa quæq; mendacia ceu poetica nugamenta uertunt in hiſtoriam, & ſimplicibus oraculi loco credẽda ꝓponunt, magnisq; clamoribus inculcent: ſtultiſſimi quoq; ſunt, qui ijs fabulis & ſomnijs fidem habent. Atq; hic uos ſcire uolo, quod quemadmodum imaginum exuperans cultus idololatria eſt, ita illarum pertinax deteſtatio hæreſis eſt, de qua olim Philippus & Leo tertius imperatores dãnati ſunt Sic etiam quemadmodum reliquiarum abuſus execrabile ſcelus eſt, ita earundem irreuerentia deteſtãda hæreſis eſt, quæ quondam à Vigilantio Gallo progenita, ab Hieronymo profligata, nunc rurſus una cũ imaginum expugnatoribus a proximis annis apud germanos repullulaſcere cœpit.

De templis. Cap. LVIII.

CAeterum nunc de templis. Scimus hanc maximam olim fuiſſe gentilium ſuperſtitionem, ſingulis dijs ſuis ſua tẽpla fabricantiũ, quorum imitatione cœperunt deinde Chriani ſuis diuis templa inſcribere. Multę tamen gentes templis omnino carebant, & Xerxes quondam ſuadentibus magis, oĩa templa per totam Gręciam combuſſiſſe traditur, qa impium & nefarium eſſet, deos ipſos parietibus includere. Verum de templis quondam Zeno Citicus in hæc uerba philoſophatus eſt, ingens: Sacella ac tẽpla conſtruere nihil q dem neceſſe ẽ, nihil em̃ ſacrum iure exiſtimandum, neq; pro ſancto habendum, quod ipſi homines cõſtruxerint. Apud Pet

Xerxes templa cõbuſſit

sas nulla olim templa erant, Hebræis autem in tota natione non nisi unicum templum religiosum erat à Salomone Hierosolymis extructum, de quo tamen legit apud Isaiam: Hæc dicit dominus, cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. quæ est ista domꝰ quā ædificas mihi? Et Stephanꝰ ꝓtomartyr ait: Salomon ædificauit illi domū, sed excelsus in manufactis non habitat. Et Paulꝰ Apostolus ait Atheniensibus: Deus non in manufactis templis habitat, q cū sit dominus cæli & terræ, manibus hoīm non colitur, tanquam indigens aliquo. Docet autem humanam naturam ipsosq; hoīes, sed puros, pios, sanctos, religiosos, deoq; deuotos esse acceptissima deo templa, quemadmodū scribens Corinthijs inquit, Templum dei estis, & spūs dei habitat in uobis, templum autem dei sanctum est, quod estis uos. Præterea in prima illa nostra religiōe, ab ipsis Chrianæ fidei incunabulis, & diu post Christum passum non fuisse nostris sacris templa constructa fatetur ipse Origenes cōtra Celsum, docēs multis ratiōibus Christianis illa ad uerum dei cultum ueramq; religionem nihil conuenite. Et Lactantius ait, Non templa deo congestis in altitudinem saxis struenda sunt, sed suo cuiq; conseruandꝰ est pectore, in quod se conferat cum adorat deum.

Non habitat templis manuum molimine factis
Ominpotens, ædes aurea, uerus homo.

Et Christus suos adoratores, non in templū remittit, nec in synagogas, sed in cubiculum orare in abscondito. Atque ipse, q̄d legitur apud Lucam, nunquā ad turbas, ad urbes, ad templum, ad synagogas Matt. 6. Lucæ. 6.

accessit orare, sed exiuit in montē orare, & ipse erat pernoctans in oratione. Verum Ecclesia, quæ nihil agit, nisi acta spū dei, cū multiplicato Chriano po-
Ge. 6. 7. pulo ecclesiam iam ingressi essent cum fidelibus peccatores, cum firmis infirmi, & tanq̄ in arcam Noæ cū mundis aīalibus simul & immūda, sacras quasdam ædes & tēpla & basilicas loca sacrata ab oīmi prophano cōmercio libera instituit, in quibus Christianæ multitudini uerbum dei publice p̄dicaret, cæteraq; religionis sacramenta, & cōmodius & castius administrarent, quæ à populo Chriano summa semp in ueneratione habita, etiam à principib. immunitate munita, nunc in tantam excreuere multitudinem, accedentibus illis tot fratrum oratorijs, priuatisq; sacellis, ut maxime necessarium foret, multā ex illis tanquā sup̄flua & indebita mēbra resecari. Accedit ad hæc structuræ sup̄ba magnificentia, in quam multæ admodum sacræ pecuniæ & eleemosynæ indies profunduntur, quibus quod & superius diximꝰ multi Christi pauperes, uera dei templa, imaginesq;, fame, siti, æstu, algore, labore, debilitate, egestate periclitantia sustentari deberent.

De festis. Cap. LIX.

FEstorum etiam dies, tam apud gentes, quàm apud Iudæos magna religione semper celebres fuere, qui oēs distributim per certa anni tempora, per certos & statutos dies deum cole-
Galat. 4. bant, quasi liceret aliquando à diuino cultu discedere, aut forsan deus plus alio q̄ alio tp̄e se coli uelit, q̄d idcirco, ut p̄brum Paulus obiecit Galatis, ad

tos sic scribens: Dies obseruatis, & menses, & tem
pora, & annos. timeo ne uobis frustra & sine causa
laborauerim. De qua re etiam Colossenses admo-
nens præcipit illis, dicẽs: Nemo uos iudicet in cibo
& potu, in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabba
torum, quę sunt umbra futurorum. Veris enim &
perfectis Christianis nulla est dierũ differentia, q
sunt semper in festiuitate, semper conquiescentes in
deo, & sine intermissione uerum sabbatum agentes,
sicut uaticinatus erat Isaias ad patres Iudęorum, fo
re aliquando, ut sabbatum eorum tolleretur, cumq;
uenerit saluator, futurum sabbatum perpetuum, p
petuasq; neomenias: rudiori autem populo, ac infir
mæ multitudini, ac imperfectiori ecclesiæ parti, a
sanctis patribus eiusmodi dies statuti sunt, quibus
conueniant ad sacram uerbi dei concionem audien-
dam, & ad cultum diuinum celebrandum, ac com-
municandorum sacramentorum causa: ita tamen, ut
non ecclesia diebus seruiat, sed dies inseruiant ec-
clesię. Sunt itaque constituti dies abs patribus in ec
clesia, quibus ab omnibus externis negocijs, atque
corporeis actibus plebem abstinere deceat, quo li-
berius seruiat deo, uacet orationibus & contempla
tionibus, intersit diuinis officijs, & uerbi dei concio
nibus, & quæcunque eiusmodi sunt, quæ tunc ob
æternæ salutis commodum fiunt. Sed ille distortor
æquitatis, labefactor omnis ordinis & pulchritudi
nis, autor omnium malorum diabolus, quicquid spi
ritussanctus ædificat, assidue demoliri nitens, etiam
hanc arcem prope diruit. Adeo maxima pars Chri
stiani populi sacrum hoc dierum festorum ocium,

Festi dies ad quid instituti.

Festorũ dierũ abusus.

non ad orandum, noo ad dei uerbum audiẽdum, non ad cætera quorum causa instituta sunt, impendit, sed ad omnifariam bonorum morum ac Christianę doctrinæ corruptelam, in choreis, in comœdijs, in histrionibus, in cantilenis, in ludis, in compotationibus, in põpis, in spectaculis, & quibuscunq; mundanis, carnalibus, spũi sanctitatiq; cõtratijs opibus consumit, & quemadmodnm inqt Tertullianus de Cæsarum solennibus, Solent tunc grande officium agere, focos & choros in publicum ducere, uicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu obolefacere, uino gulam cogere, certatim cursitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras, sic exprimitur publicum gaudium p publicum dedecus. Nonne ergo merito damnandi sumus, qui hoc ritu Christi & sanctorum eius solennitates celebramus? Cęterum à diebus festis, præter Manichæorum insanã blasphemiam, & Cataphrygum pestifera dogmata, aut nullas, aut paucissimas hæreses compertas habemus, ueruntamen maximi in ecclesia schismatis occasionem præstiterunt, cum Victor Romanus pontifex omnes ferme orientales & australes ecclesias à communione amputasset, ea sola de causa, quod in diei paschatis obseruatione morem a Romana consuetudine sequerentur diuersum, cui tunc inter cæteros excellẽtissimos uiros, restitit Polycrates Asię episcopus. Præterea Hirenus Lugdunensis episcopus, quamuis ipse Romano ritu pascha celebrauit, magna tamen libertate Victorem pontificem obiurgare ausus est, quod præter exemplum prædecessorum suorum pacis perturbator abscidisset ecclesias,

non in fide errantes, sed in solis ritibus quibusdam, à Romana ecclesia dissidentes. Multa deinceps super hac paschatis obseruatione conciliorum & pontificum decreta, ac patrum ratiocinationes, & quæ uocantur ecclesiastica computa, emanarunt: necq; tamē in hunc usq; diem ueram, atq; per uniuersum orbem, eandem paschatis diem constituere potuerunt: & in hunc diem usq; consultis astrologis de calendarij reparatione, sed de indeciso negocio disputatū, digna profectò res, pro qua ob unius Romani pontificis pertinacem religionem, tantum ecclesia pateretur naufragium.

De cæremonijs. Caput LX.

Ex membris deniq; religione, non minima sunt rituum & cæremoniarum pompæ, in uestib9, in uasis, in luminibus, in campanis, in organis, in concentu, in odoribus, in sacrificijs, in gestibus, in picturis preciosis, in ciborum & ieiuniorum delectu similibus (magna cum admiratione, tum ueneratione ab imperita plebe & hominibus, q nihil aduertunt quàm quæ ante oculos obseruantur) receptis eiusmodi. Numa Pompilius primum Romanis cæremonias indixit, quorum prætextu rudem adhuc & ferocem populum, qui ui & iniuria impium occupauerat, ad pietatem, fidem, iustitiam, & religionem inuitaret, feliciusq; gubernaret: testantur hæc ancylia, ac palladium sacra imperij pignora, Ianus bifrons belli & pacis arbiter, ignis Vestæ, cui flamina custos imperij iugiter uigilaret, ipseq; annus fastorum, & nefastorum dierum uarietate per

Festorũ dierũ abusus.

non ad orandum, noo ad dei uerbum audiẽdum, non ad cætera quorum causa instituta sunt, impendit, sed ad omnifariam bonorum morum ac Christianæ doctrinæ corruptelam, in choreis, in comœdijs, in histrionibus, in cantilenis, in ludis, in compotationibus, in põpis, in spectaculis, & quibuscunque mundanis, carnalibus, spũi sanctitatiꝗ cõtratijs opibus consumit, & quemadmodnm inqt Tertullianus de Cæsarum solennibus, Solent tunc grande officium agere, focos & choros in publicum ducere, uicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu obolefacere, uino gulam cogere, certatim cursitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras, sic exprimitur publicum gaudium ꝑ publicum dedecus. Nonne ergo merito damnandi sumus, qui hoc ritu Christi & sanctorum eius solennitates celebramus? Cęterum à diebus festis, præter Manichæorum insanã blasphemiam, & Cataphrygum pestifera dogmata, aut nullas, aut paucissimas hæreses compertas habemus, ueruntamen maximi in ecclesia schismatis occasionem præstiterunt, cum Victor Romanus pontifex omnes ferme orientales & australes ecclesias à communione amputasset, ea sola de causa, quod in diei paschatis obseruatione morem a Romana consuetudine sequerentur diuersum, cui tunc inter cæteros excellẽtissimos uiros, restitit Polycrates Asię episcopus. Præterea Hirenus Lugdunensis episcopus, quamuis ipse Romano ritu pascha celebrauit, magna tamen libertate Victorem pontificem obiurgare ausus est, quod præter exemplum prædecessorum suorum pacis perturbator abscidisset ecclesias,

non in fide errantes, sed in solis ritibus quibusdam, à Romana ecclesia dissidentes. Multa deinceps super hac paschatis obseruatione conciliorum & pontificum decreta, ac patrum ratiocinationes, & quæ uocantur ecclesiastica computa, emanarunt: neq; tamẽ in hunc usq; diem ueram, atq; per uniuersum orbem, eandem paschatis diem constituere potuerunt: & in hunc diem usq; consultis astrologis de calendarij reparatione, sed de indeciso negocio disputatũ: digna profecto res, pro qua ob unius Romani pontificis pertinacem religionem, tantum ecclesia pateretur naufragium.

De cæremonijs. Caput LX.

Ex membris deniq; religione, non minima sunt rituum & cæremoniarum pompæ, in uestib9, in uasis, in luminibus, in campanis, in organis, in concentu, in odoribus, in sacrificijs, in gestibus, in picturis preciosis, in ciborum & ieiuniorum delectu similibus (magna cum admiratione, tum ueneratione ab imperita plebe & hominibus, q nihil aduertunt quàm quæ ante oculos obseruantur) receptis eiusmodi. Numa Pompilius primum Romanis cæremonias indixit, quorum prætextu rudem adhuc & ferocem populum, qui ui & iniuria impium occupauerat, ad pietatem, fidem, iustitiam, & religionem inuitaret, feliciusq; gubernaret: testantur hæc ancylia, ac palladium sacra imperij pignora, Ianus bifrons belli & pacis arbiter, ignis Vestæ, cui flamina custos imperij iugiter uigilaret, ipseq; annus fastorum, & nefastorum dierum uarietate per

duodecim menses diuisus, sacerdotiorumque magistratus, in pontifices & augures partitus, uarijsque sacrificiorum & supplicationum, spectaculorum, processionum, delubrorum, & officiorum ritus, quorum magna pars (Eusebio teste) exinde in nostram quoque religionem migrauit. Verum deus ipse quē non delectant caro & cor & sensibilia signa, has exteriores carnalesque cæremonias despicit, atque contemnit. Non enim in corporalibus actionibus & sensibilibus operibus, cultuque carnali uult coli deus, sed in spiritu & ueritate per Iesum Christum. Ipse enim spectator fidei est, considerans intimum spiritum & occulta hoim, scrutator cordium, qui intuetur intima mentis. Quapropter carnales illæ & externæ cęremoniæ nequeunt homines promouere ad deum,
Iohan. 4 apud quem nihil est acceptum, præter fidem in Iesum Christum cum ardenti imitatione illius in charitate, ac firma spe salutis & præmij. Hic enim est uerus & nulla externorum carnaliumque rituum inquinatione uiolatus dei cultus, quod nos instruēs Iohannes, ait spm̄ esse deum, & eos qui uolunt adorare, in spiritu & ueritate oportet adorare. Cognouerunt hoc etiam aliqui gētium philosophi: Hinc Plato in ueneratione summi dei exteras omnes cæremonias auferri iubet. Nihil enim deest ei qui ipse est omnia, aut in eo sunt om̄ia, sed nos agentes gratias adoremus. Hęc enim sunt summæ incensiones dei, quando aguntur gratiæ a mortalibus. Neque præterea habemus quicquam aliud, quod reddamus deo magis acceptum, quā laudem, gloriam & gratiarum actionem. Neque uero hic quisquam obij

ciat Mosaicæ legis sacrificia, ritus & cæremonias, quasi deus in illis delectatus sit. Non propter hoc eduxit eos de Aegypto, ut sacrificia illi offerrent, & adolerent incensa, sed ut obliti idololatriç Aegyptiorum, audirent uocem domini, & obedirent illi in fide & iustitia propter illorum salutem. Quod aũt Moyses illis sacrificia & cæremonias instituit, morem gessit infirmitati & duritiei cordis eorum, aliquid indulgens errori, ut eos ab illicitis reuocaret, ne gentium ritu sacrificia immolarent dæmonibus, & non deo. Non enim principaliter hæc, sed secundum consequentiam concessa sunt. nec aliter eos obligare potuit lex illa, nisi quatenus populi consensu fuerat comprobata. Quin & Moyses ipse laturus has cæremoniarum leges, seniorum & populi collegit suffragia, quo illos sibi magis haberet obnoxios: ideoq; lex illa pro temporum & rerum uicissitudine potuit immutari, & aliquãdo in totum erat abrogan da. Lex autem dei quæ in lapideis tabulis tradita erat, perpetua est. Sic enim locutus est dominus p Ieremiam: Quo mihi thus de Saba affertis, & cinnamomum de terra longinqua? Holocaustomata & sacrificia uestra non delectauerunt me. Et iterum p eundem ait: Hęc dicit dominus: Holocaustomata uestra colligite cum sacrificiis uestris, & manducate carnes, qui nõ sum locutus ad patres uestros, nec de holocaustomatibus nec sacrificiis præcepi eis, qua die eduxi uos de Aegypto, sed sermonem hunc præcepi eis dicens: Audite uocem meam, & ero deus uester, & uos eritis populus meus: ambulate in omnibus uiis meis, quæcunque pręcepero uobis, ut bene

Iere. 6

Iere. 1.

ſit uobis. Et iterum apud Iſaiam ait dominus: Non obtuliſti oues holocauſtomatis tui, nec in ſacrificijs tuis clarificaſti me, nō ſeruiſti mihi in ſacrificiis nec aliq͂d laborioſe feciſti in thure: nec mercatus es mihi argento incenſum, nec adipē ſacrificiorum tuorum concupiui, ſed in peccatis tuis ante me ſtetiſti. Super quem igitur (ait) aſpiciam, niſi in humilem & quietum & trementem ſermones meos? Non enim adipes & carnes pingues auferent à te iniuſtitias tuas? hoc enim eſt ieiunium, q̄d ego elegi, dicit dominus: Solue omnem nodum iniuſtitiæ, diſſolue connexus uiolentorum cōmerciorum, dimitte quaſſatos in requiem, & omnem conſcriptionem iniuſtam conſcinde. Frange eſurienti panem tuum ex animo, & peregrinum ſine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum, cooperi eum, & domeſticos ſeminis tui ne deſpicias: tunc erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitates tibi cito orientur, & præcedet ante te iuſtitia, & gloria dei circundabit te. Et adhuc te loquēte dicam, Ecce adſum. Non inficior quemadmodum olim in ſynagoga Moyſes & Aaron & per ſucceſſionem cæteri pontifices, iudices, prophetæ, uſque ad ſcribas & phariſæos, ſic poſtmodum in eccleſia ab apoſtolis, euangeliſtis, pontificibus, ſacerdotibus et doctoribus factum, ut illam piis quibuſdam cæremoniis, elegantibusq́ꝫ ritibus et inſtitutis, tanquam ſponſam ornatam uiro ſuo decorarent, multa inſuper ſtatuta & decreta ediderūt poſteriores, iuxta hominum imbecillitatem. Sed quod ſolet ſæpe contingere, ut quod prouiſum eſt ad remedium, tendat ad noxam, ſic accidit, ut creſcentibus iis cæremoniarum

legibus pluribus constitutionibus hodie onerentur Christiani, q̃ olim Iudęi: quodq́; magis dolendum est, cum ipsæ per se nec bonæ sint nec malæ, plus illis fidat populus, arctiusq́; obseruet, q̃ tradita à deo pręcepta, dissimulantibus illa nostris episcopis, & sacerdotibus & abbatibus, & monachis, ac suo uentri interim egregie consulentibus. Cæremoniæ aũt etsi nullas contra fidẽ hæreses dederint, innumeras tamen in ecclesiam sectas introduxerunt, maximorumq́; schismatum semina fuerunt. Hinc primum Gręca ecclesia nostra abscisa est, quod illa nõ in azymo consecraret, sed fermento, cum tñ illam uere consecrare fateamur. Deinde etiam Bohemorum ecclesia separata est, quia sub utraq́; specie cõmunicaret eucharistiæ. Quod si (ut ait Apostolus) circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei: sic & cęremoniæ nihil sunt, nisi obseruatio pręceptorum ecclesiæ. Nefas ergo est utrobiq́; propter modicas & quaslibet causas, quę Christianæ fidei nihil officiunt, unitatem ecclesiæ scindere, & corpus Christi diuidere: & quod pharisæis saluator improperat, excolare culicem, & camelũ glutire, atq́; turbata pace ecclesiæ in illis pugnare, unde plus obsit schismatis pnicies, q̃ prosit correptio. Potuissent Romani pontifices multa mala sustulisse, pacatamq́; & integram seruare ecclesiam, si tolerassent Græcorum fermentum, & Bohemorum calicem. Neq́; uero maiora hæc sunt, quã quod Innocentius octauus (Volaterrano teste) concessit Noruegijs, ut liceret illis sine uino sacrificare calicem.

Galat. 3.

De magistratibus ecclesiæ. Cap. LXI.

IAm uero & magistratus & uarię hominū sectæ sunt in ecclesia, cum ad ornamentum religionis, tum pro seruando sacrorum ordine, ne fiat confusio. Quicquid autem agitur in ecclesia, siue ad ornamentū, siue ad ædificationem religiōis, tam in deligendis magistratibus, quam instituēdis ministris ecclesiæ, nisi id fiat diuini spiritus instinctu, q̄ quasi anima est ecclesię, uanum est & impium. Quicunq; enim ad magnum officium, & apostolatus dignitatem à spiritu dei uocatus non fuerit, sicut Aron: & q̄ nō ingressus fuerit per ostiū, q̄d est Christus, sed aliunde in ecclesiā ascenderit p̄ fenestrā, per fauores hoīm, per emptitias uoces, p̄ imperium principum, certe hic non est uicarius Christi & apostolorum, sed fur & latro, & uicarius Iudæ Iscariotis, & Simonis Samaritani. Hinc ab antiquis patribus de electione prælatorum (quod sacer Dionysius uocat nominationis sacramentum) tam arcte statutum est, q̄d pontifices & apostoli, q̄ præessent ministeriis in ecclesia, nominarentur uiri uita & moribus integerrimi, potentes in doctrina sana de omnibus rationem reddere: sed antiquis patrum constitutionibus paulatim à sua maiestate cadentibus, ac recentiore pontificio iure cum damnabili consuetudine inualescente, tales plerique super sedem Christi conscendunt pontifices & apostoli, quales olim sup̄ sedem Moysi sedebant scribæ & pharisæi, qui dicunt & non faciunt, alligātes onera grauia in humeris populi, ipsi autem nolunt digito mouere: hypocritæ sunt, omnia opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus, osten

tantes religionem suam in scenis, cupiūt primas sta tiões in choro, in gymnasijs, in synagoga, & ubiq; in foro, in plateis rabbi & magistri et doctores uo cari uolunt: claudunt uiam cœlorum, & ipsi non in-troeuntes, etiam alios excludūt, nec sinūt intrare: co medunt domos uiduarum, orationes longas factitā tes, circumeuntes mare & aridam, seducunt et furan tur pueros, ut nacto uno proselyto, exaugeant per-ditum eorum numerum, ut ipsi perditi et addicti ge hennæ igni, alios secum multo magis disperdāt suis cōmentis et traditiōibus: pijssimas Christi leges la befactant, uerum dei templum ac uiuas Christi ima gines, et aras animarum populi negligentes, aurum & oblationes auaro oculo curāt, leuiora et quasi si-nistra legis facientes, de decimis collectis, oblationi bus & eleemosynis accurate noua cudunt, et leges cæremoniarum arcte sanciunt, decimātes fruges, pe cora, pecunias, & etiam quæuis minima, mentham, anethum, cuminum, & de his canum more collotran tes à suggesto confligunt cū populo. Quę uero gra uiora & dexteriora sunt opera euangelij, et legis, et iustitię Christianæ, iudicium, misericordiam, & fi-dem omnino negligunt, excolant culicem, deglutiūt camelum, cespitant ad lapidem, ingens saxum transi liunt, duces cæci, falsi & dolosi, genimina uiperarū. tersi calices, sepulchra dealbata, foris in mitris, in pi leis, in habitu, in uestitu, in cuculla ostentātes sancti moniam, intus pleni spurcitia, hypocrisi, iniquitate scortatores, saltatores, histriōes, lenones, aleatores, heluones, temulenti, uenifici, qui iam antea (quod no tat Iohannes Carnotensis episcopus) non ex uirtu-

rum meritis, sed aut per turpe obsequium, aut intuitu munerum, aut fauore principū, aut ui armorum, ad sacerdotia, ad beneficia, ad episcopatus conscenderunt, aut sub hypocrisis fuco, hæc ad se traxerūt, ex bonis ecclesiæ, quæ pauperum sunt, sibi priuatas diuitias cumulantes, monopolia & nundinas cōstituentes in eleemosynis parentum nostrorum, abutentes illis in scortis, in alea, in uenatione, in omni luxu & spurcitia.

Gaudent equis canibusq́ꝫ, & aprici gramine campi.

Concutiunt populos, uexant regna, solicitant bella, diruunt ecclesias, quas religiosorum patrum construxit deuotio, ipsi extruentes palatia, incedentes in uestibus purpuratis & deauratis, magno plebis detrimēto, & religionis infamia, ac reipub. insupportabili onere: quos non mercenarios pro pastoribus, non lupos pro mercenariis, sed pro lupis diabolos, beatus ille Clareuallēsis Bernardus in sermone ad generalem Remensem synodum, præsente Romano pontifice, definiuit. Iam etiā ipse Romanus summus pontifex (quod idem sanctus episcopus Camotensis conqueritur) omnibus grauissimus & intolerabilis est, cuius pompam & fastum nullus unquā tyrannorum æquauit, atq; ii interim in se solis iactant religionis & ecclesiæ statum consistere, cum religionis onera, & uerbum euangelii quod uerum pontificiū munus est, in alios reiiciētes, ipsi in condendis propriis legibus occupati, ecclesiæ accipiūt emolumenta, ociosi simul & flagitiosi: & quia (ut aiunt) sedes ipsa pontificia, aut sanctos recipit, aut sanctos facit, hinc sibi nihil non licere putant; adeo

ut etiam sacris ecclesiæ cæremonijs, quas sancti pa tres ad instruendos mortalium animos, & pro conferenda nobis dei gratia, magna obseruantia instituerunt, nefaria uoluptate pro sua libidine impudenter flagitiosissimeq́ abutuntur: cuiusmodi exẽplum de Bonifacio octauo pontifice in Porchetum cardinalem legimus apud Crinitum. Hic est ille magnus Bonifacius, quia tria magna & grandia fecit: primum, falso oraculo deluso Clemente, persuasit sibi cedere apostolatum: sc̃dm, condidit sextum decretalium, & papam asseruit om̃ium dominum: tertium, instituit iubileum, indulgentiarũ nundinas, illasq́ primus in purgatorium extendit. Transeo cætera illa Romanorum pontificum monstra, quales Formosus papa, & nouem sequentes olim ecclesiæ turpiter præfuerunt: taceo etiã posteriores illos, Paulum, Sixtum, Alexãdrum, Iulium, famosos Christiani orbis perturbatores. Prætereo Eugenium, q ob uiolatum Turcæ iusiurandum, Christianam rempublicam in tot funestissima bella coniecit, ac si non etiam hosti fides seruanda sit. Alexãder sextus quanto Christianæ reipub. damno Zizimum Pazaithæ Turcæ fratrem ueneno sustulerit, om̃ibus notũ est. Iamq́ ipsi etiam Romanorum pontificum legati, quod ait Carnotensis, & quotidiana experientia notissimum est, sic interdum in ꝓuincijs debacchãtur, ac si ad flagellandum ecclesiam egressus sit satan à facie domini: commouent & conturbant terram, ut uideantur habere q̃d oporteat sanare, lætantur cum mala fiunt, exultantes in rebus pessimis.

Tria Bonifacij facta.

Vixq́ꝫ tenent lachrymas, cum nil lachrymabile cer-nunt. Siquidem pctā populi comedunt, & uestiuntur, & nutriunt, & luxutiantur in eis Sed hubēt uitiorum suorum efficarissimos titulos, nec quicquam illis obijci potest, q̄d non alicuius sanctorum exemplo constantissime excusent, aut tueantur. Nam si improperetur illis, qa indocti & illiterati: dicēt, tales Chrm delegisse apostolos, q nec magistri legis, nec scribæ fuerint, nec synagogas, nec scholas unquam frequētauerint: si linguę barbaries obijcitur, dabunt Moysen impeditæ linguæ, & Ieremiam nescientē loqui, quin & Zachariam q̄d mutus esset, a sacerdotio non exclusum: quod si etiam sacrarum literarum ignorantia, aut infidelitas aut error, aut hæresis obijciatur, dicēt: Ambrosium nondū Christianum, sed catechumenū adhuc, in episcopum electum: & Paulum non ex infideli mō, sed ex persecutore ad apostolatū uocatum. Augustinum quoqꝫ aliquando Manichæum fuisse, & Marcellū martyrem in papatu idolis thura adoleuisse Qd' si obijciat illis ambitio, exemplo illis erunt filij Zebedęi, si timiditas, timidi erat Ionas & Thomas: ille ad Niniuitas, hic ad Indos accedere metuētes: si perfidia, Petrus perfidiæ addidit periuriū: si fornicatio, Oseas meretricē, & Sāson scorta complexi sunt, si percussio, si homicidum, si militia, Petrus Malcho auriculam amputauit, Martinus Iuliano militauit, & Moyses Aegyptiū interfecit, & abscondit in sabulo. Adeo nihil penes eos refert, qualis quisqꝫ sit, q accedat ad sacerdotia, atqꝫ tunc horū magistrorum gladio oportet ut quisque ceruicez suas supponat,

gladio inquã, non gladio uerbi dei, cuius illi custodes & ministri esse debẽt, sed gladio ambitionis, gladio auaritię, gladio mulctę & extortiõis, gladio mali exẽpli, gladio sanguinis & occisionis, q̊ armant̃ cõtra omnem ueritatẽ & iustitiam & honestatem.

Sceptrorum uis tota perit, si pendere iusta.
Incipit, euertet[q]; aras respectus honesti.
Libertas scelerum est, quæ regna inuisa tuetur,
Sublatus[q]; modus gladiis facere omnia sæue.

Non impune licet illorum placitis contradicere, nec libidini eorum resistere, nisi quis paratus sit martyrium subire pro Christo, hoc etiã excremari pro hæretico, quẽadmodum Hieronymus Sauonarola prędicatorũ ordinis theologus, simul, ac propheticus uir, olim apud Florentiam exustus est. Verum q̃m omnis potestas bona est, quia à deo est, à quo sunt omnia, & omnia bona, & licet utentibus aut patientibus aliquando mala sint, uniuersitati tamen semp̃ bona sunt prouidente sic illo, qui bene utitur malis nostris. Propter multitudinem enim delinquẽtium superinducit deus tyrannos, & peccata populi faciunt regere hypocritam. Quicunq; igitur à domino constitutus est episcopus in ecclesia, dignum & iustum est obedire illi, & in nullo contradicere. Qui enim episcopo & sacerdoti obedire contẽnit, non illum, sed deum contẽnit, quemadmodũ de cõtemptoribus Samuelis ipse locutus est, inqens: Non te spreuerunt, sed me. Et Moyses aduersus murmurantem populum ait: Non aduersus nos murmurrastis, sed aduersus dominũ deum. Non igitur inultus permanebit à domino, qui se contra episcopum & p̃latum 1. Reg. 8 Exo. 16.

ſuum oppoſuerit. Dathan & Abiron reſtiterũt Moſi, & terra uiuos abſorbuit. Multi cũ Chore conſpirauerunt aduerſus Aaron, & igne conſumpti ſunt. Achab & Iezabel perſequuti ſunt prophetas, & canes comederunt eos. Egreſſi ſunt pueri ut illuderẽt Heliſeo, & urſi dilaniarunt illos. Ozias cõtra ſacerdotes ſacerdotium arrogare auſus, leproſus factus eſt. Saul quia præter Samuelẽ ſacerdotũ principem ſacrificare prçſumpſit, regia unctione ſimul & prophetico ſpiritu priuatus a deo, datus eſt ſpiritui malo. Infidele eſt ſcripturis ſacris non credere, impium eſt ſacerdotes ſpernere: boni ſunt ſacerdotes, melior epiſcopus, ſuper omnes ſanctiſſimus ſummus pontifex & princeps ſacerdotum, cui creditæ ſunt claues regni cœlorum, & cõmiſſa ſunt ſecreta dei, princeps quidem ſecundum deum, pontifex ſecundum Chriſtum: quem qui honorat, honorabitur a deo: qui inhonorauerit, inhonorabit illum deus, & ultionem euadere non poterit.

De ſectis Monaſticis. Caput LXII.

SVnt adhuc in eccleſia diuerſarum ſectarum populi, monachi & fratres anachoritæ, quibus uetus lex omnino caruit. Caruit etiam Eccleſia eo tẽpore, quo fuit optima, nec tot cæremoniarum temporibus implicita. Qui hodie religioſorum nomen ſibi ſoli uendicant, arduas profecto uiuendi regulas, & officia ſanctiſſima profeſſi, laudabiliumque uirorum ſanctiſſimorumq́ patrum nomina, puta Baſilij, Benedicti, Bernardi, Auguſtini, Franciſci, & ſimilium præ ſe ferentes, ſed hodie eſt inter eos in-

gens malorum turba. Siquidem huc tanquam in magnum sorum omnium asylum confluunt, quoscunque scelerum conscientia terret, qui ob legum uindictam nusquam alibi tuti sunt, qui crimina commiserunt supplicio expianda, quos uitæ turpitudo abstraxit ad infamiam, quos rebus suis scortis, alea, ingluuiæ profusis æs alienum ac turpis egestas mendicare compellunt: & quos laborem subterfugientes, spes ocij, ac fraudatæ cupidinis impatiens desperatio, aut circumuenta iuuentus, aut iniusta nouerca, aut iniqui tutores huc impegerunt: quorum omnium agmen iūgit simulata sanctimonia, cucullatus habitus, & ualida mendicitas, atque illud mare magnum, in quo cum cæteris piscibus habitant Leuiathan & Behemoth, cete grandia, beluæ & reptilia, quorum non est numerus: de quo exiliunt tot stoicæ simiæ, tot insolentissima poscinummia, tot palliata mendicabula, tot cucullata mōstra, barbigeri, funigeri, restiferi, saccogeruli, loripedes, lignipedes, nudipedes attati, nigritæ, grisones, albichlamides, uersicolores, multipelles, linostolij, retiarij, palliati, chlamydati, pullati, paludati, præcincti, bracchati, acid genus aliorum turba hystrionum, qui cum de rebus humanis nullam fidem habeant reliquam, ob monstruosæ uestis habitum creduntur illis diuina, hodieque sacrum religionis nomen sibi soli usurpant, acse Christi sodales, apostolorumque cōtubernales iactant, quorum uita sæpe scelestissima est, auaritia, libidine, gula, ambitione, temeritate, petulantia & omniscelere referta, sed religionis prętextu semper inulta. Romanæ enim ecclesię priuilegijs mu-

Qui ad monachatū confluant.

niti sunt, & a iurisdictione omium ecclesiarum exempti sunt, quo plura illis impune liceant, cũq; ipsi pro foro rei alios quosq; ubiq; conueniant, ipsi tñ conueniri non possunt, nisi aut Romæ, aut Hierosolymis. Horũ uanitates & errores si mihi calamo explicandi forent, non caperent omnes pelles Madian, eorum inquam, qui nõ pietatis causa professi sunt religionem, sed uentris gratia cucullam induerunt. Neq; uero bonos offendet hic sermo, quem de solis improbis dictum uolo, qui sub pellibus agninis sunt lupi rapacissimi, & in uestibus ouium astutam gerunt sub pectore uulpem: adeo dissimulãtes artes fallaciæ suæ, ut nihil aliud professi uideãtur, quam scenicam quandã hypocrisim, & merũ quæstum pietatis imagine personatum, dũ pallido uultu mentiuntur ieiunia, & obsequentibus lachrymis profunda a pectore trahunt suspiria, & mobilibus labris frequentes oratiões simulãtes, & gressu incessuq; composito, gestibus tranquillis,

Obstipo capite figentes lumina terre,

modestiam sibi uendicantes, fucato habitu humilitatem, & suspẽsa a collo cuculla sanctimoniam foris professi intus autem detestandos mores secum ferentes: atque cum inter hæc sceleratissima quæq; nõnunquam committant, seruantur, uincuntq; religionis titulis, cuculla ueluti clypeo cuncta fortunæ spicula repercutientes, & ab omnibus mundanis periculis ciuilibusq; molestijs securi, panem ociósum & emẽdicatum ꝓ eo qui laboribus acquiritur uescentes, securi & sine solicitudine dormientes: hãcq; tamen euangelicam paupertatem putant, in ocio &

mendicitate uesci alienis laboribus. Cumq; summã humilitatem profiteantur, incedẽtes uili uestitu, ut rustici: nudi pedes, ut histriones retiarij, cincti funi bus, ut capti latrones, raso toto capite, ut fatui, cuculla, auriculis ac tintinabulis tenus morionibus ac laruis carnisprіuialibus quam simillimi, cæteraque quæcunque contumeliæ & abiectionis signa pro-per Christum & religionem sese suscipere fatean-tur, uincuntur ambitione, & omnem instituti sui ra tionẽ in arrogãtissimos titulo referũt, ac paranym phi, rectores, gardiani, præsides, priores, uicarij, prouinciales, archimandritæ, generales uocari glo riantur, ut nullum hominum genus tam uideatẽ pri-mi loci appetens, q̃ istud. Non desunt quę de istis p plura mala maledici possent, sed iam pręcessere sunt qui de ijs amplissimis maledictis concionati sunt, adeo ut non solum multos probus & integræ uitæ uere religiosos patres, sed ipsas etiã sanctorum pa trum bene uiuendi instituta & regulas contemptui exposuerint, quocirca nihil ego hic in suggillatio-nes eorum dixisse uolo, qui recte in professionibus suis ambulantes, sanctorum illorum patrum uesti gia sequentes, ad cumulum aspirant perfectionis. Fateor regulas & professiones illorum sanctas, fa teor esse in hunc diem sanctos monachos, sanctos fratres mendicantes, sanctos anachoritas, sanctos canonicos regulares: tamen inter hos plurimos infi deles, & reprobos, & apostatas, quibus religionis professio deformatur: atq; hoc est propositum no-strum uoluisse ostendere, nullam unquam cuiusuis religiõis professionem tam castam extitisse, in quã

non irrepserit erroris & malitiæ macula: siquidē & angelos apostatas legimus, & primos fratres parricidas, prophetas reprobos, apostolos proditores, & discipulos Christi perfidos, atque inter Romanos pontifices supra multos schismaticos & reprobos & hæreticos, aliquando etiam mulierem ad tanti apicis culmen conscendisse, quæ uocata est Iohannes octauus, rexitq; sedem apostolicam laudata ab omnibus, annos duos cum aliquot mensibus atq; diebus: & quod mulieribus in ecclesia negatum est, cōtulit sacros ordines, promouit episcopos, ministrauit sacramenta, cæteraq; Romanorum pontificum exercuit munera: & facta eius in ecclesia non fuerunt irrita, cōmuni uidelicet errore faciente ius, quo præualente, puto ecclesiam tunc coactam multa dissimulare, quæ religionis rigor alias nō tulisset: adeo nec in regionibus quicquam integrum, stabile, & perpetuum reperiri potest. Quicunq; autē in ecclesiam dei sectas introducunt, & tanquam sibi placentes, quæstus causa aut fictæ sanctitatis gloria secedunt à principe Romana ecclesia, hi tanquā Nadab & Abiu alienum ignem offerentes ad altare dei, ab eo comburentur. Qui uero elati & peruersæ sententiæ excogitatis hæresibus exurgere audent aduersus ecclesiam dei, cum Dathan & Abiron uoragine terræ absorpti, uiui descendent in infernum. Qui autem scindunt unitatem religionis, & Christi membra diuidentes affligunt ecclesiam dei, eadē pœna qua Ieroboam exterminabuntur.

De arte meretricia.

Cap. LXIII.

DE ARTE MERETRICIA.

RElìquum nunc, quia apud Aegyptios primos religionum autores neminem olim sacerdotem fieri licebat, qui Priapi sacris non prius initiatus fuisset, atque in nostra ecclesia receptum sit, quod carens testibus papa esse non possit, prohibeantque spadones, eunuchi & castrati, in sacerdotes ordinari, palamque uidemus ubicunque sunt magnifica ista templa, & sacerdotum monachorumque collegia, ut plurimũ in proximo esse lupanaria, quin & plurimæ monialium & uestalium ac beguinarum domus, priuatæ quædam meretricalarum fornices sunt, quas etiam monachos & religiosos (ne diffametur eorum castitas) nõnunquam sub monachali cuculla, ac uirili ueste in monasterijs aluisse scimus, uisum est nõ præter ordinem de arte meretricia sermonem hic subnectere, quã equidem ad bene institutæ reipub. rationem, non solum utilem, sed & necessariam esse plerіꝗ; sapientissimi arbitrati sunt. Nam Solon ille magnus Atheniensium legis lator, atꝗ; unus de septem sapiẽtibus Apollinis oraculo iudicatus (ut testes sunt Philemon & Menander) emptus iuuentuti meretriculas comparauit, & primus Veneris Pandemi tẽplum et prostitutarum capturis dedicauit, lupanariaꝗ; instituit, legem sanciuit, immunitate etiã meretricibus concessa roborauit. Tantæ quoque reuerentiæ habitæ sunt meretrices in Græcia, ut cum Perses in Græciam expeditionẽ faceret, Corinthiæ meretrices ꝓ salute Græciæ in templo Veneris supplicarent. Mos quoque is erat apud Corinthios, ut de re magna supplicaturi Veneri, meretricib. id cõmittere-

Solon.

tur. Meretricum templa constructa plurima apud Ephesum, & aliud celebre ædificarunt Abydeni, quòd libertatem sibi adeptam meretricis opera recuperarunt. Ipse præterea sapiens Aristoteles non dubitauit etiam meretrices diuinis honoribus dignas, qui Hermiæ pellici sicut Eleusinæ Cereri sacra fecit. inuentum autem huius artis veneri tribuitur, quæ idcircò etiam inter deas relata est. Hæc enim impudica, omnibusque prostituta libidinibus autor mulieribus in Cypro fuit, ut uulgato corpore quæstum facerent. unde apud Cyprios narrante Iustino mos inoleuit, ut uirgines eorum ante statutas nuptias in quęstum ad littus maris prostituerent dotem lucraturas, & pro reliqua pudicitia Veneri libamenta soluturas. Apud Babylonios etiam (teste Herodoto) cõsuetudo fuit, ut qui rem domesticam cõsumpsissent, filias suas adigerent ad quæstum corpore faciendum. Verùm Aspasia Socratica meretrix uniuersam Græciam, ut scribit Atheneus, meretricibus impleuit: ob cuius amorem, eiusque ministras à Megarensibus raptas, ait Aristophanes, bellum Peloponesiacum à Pericle susceptum. Extulit autem hanc meretricandi artem permultùm imperator ille Heliogabalus, qui (ut testis est Lampridius) lupanaria domi amicis, clientibus, & seruis exhibuit, conuiuia dedit ad uiginti duo fercula ingẽtiũ epularũ, sed ut per singula cõuiuæ coirẽt & lauarẽt: iuramentoque adigebantur, quòd uoluptatem hanc perficerent: sæpè etiam meretrices à lenonibus cũctis redemit, & manumisit, è quibus meretricem quandam notissimam & pulcherrimam triginta argenti libris re-

Venus meretriciæ artis inuentrix.

demisse legitur: fertur & una die ad omnes circi, & theatri, & amphitheatri & omnium urbis locorum meretrices ingressus, & singulis aureũ donasse. Ali quando etiam omnes de circo, de theatro, de studio, & omnibus locis & balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit quasi militarem, uocans commilitões, disputauitq́ de generibus schematum & uoluptatum, post cõcionem pronunciauit ijs quasi militibus ternos aureos donatiuum. Etiam matronis Romanis meretricari uolentibus, non solùm impunitatem, uerumetiam immunitatẽ concessit, salariaq́ ex publico ærario meretricibus statuit. Etiam senatusconsulta quædam amatoria & meretricia siue futuatoria inuulgauit, eaq́ de nomine matris siue coniugis suæ Semiramida iussit appellari, insuper & genera quædam libidinum adinuenit, quibus etiam Cyrenæ meretriculæ (quæ Dodemechana, qm̃ in Venereo usu duodecim excogitasset modos, quibus inscensori iucundius redderetur, libidinis proluuiũ cognominata est) numeros superaret, ac ueteres omnes Tribades, Hostias, Aphias, Spinctrias, Gasaluadas, Casaritas, ꝓstipulas, cæteraq́ scortilla uinceret. Transeo Iudam Israelitam patriarcham scortatorem, & Samsonem populi dei iudicem, qui non nisi scorta duxit uxores, ac Salomonem Iudæorum regem sapientissimum, qui greges meretricum penè innumerabilium habuisse proditur, quin & cum Cæsarem dictatorem uirum strenuissimum hanc ob causam omnium mulierum uirum nuncupatum: tum & Sardanapalum Babyloniorum monarcham, cæterosque

Cęsar dictator.

innumeros meretricum potentissimos patronos: ipse etiam Proculus imperator in hac arte non postremam gloriā reportauit, qui (ut testatur eius ad Metianum epistola) ex captis centum Sarmaticis uirginibus decem prima nocte iniuit, omnes autem intra quindecim dies constuprauit. Sed maius illo est q̄d Poetæ narrant de Hercule, illum quinquaginta uirgines una nocte omnes mulieres reddidisse. Narrat etiam Theophrastus grauis autor, herbulam quandam Indicam tantæ uirtutis, ut quidam ea comesta ad septuagesimum coitum processerit. Reliquum uerò non parum hanc artem ornarunt Sappho poetes Phaonis adamatrix, & Leontium Metrodori scortum in philosophia eruditissima, adeo ut aduersus Theophrastum contra cōiugium pro tuendo meretricatu libros ediderit. Accedit istis Sempronia Græcè & Latinè elegantissima. Nec prætereunda hic est Leæna Aristogitonis Atheniensis probatissimæ fidei scortum, quę torta à tyrannis ut amicum proderet, tormenta omnia cum constanti silentio p̄pessa est. Nobilitarunt præterea hanc artem Rhodope meretrix, Aesopi fabulatoris conserua quondam & contubernalis, quæ tantas opes meretricio quæstu consecuta est, ut inter mundi spectacula tertiam ordine condiderit Pyramidem. Sequitur hanc Thais Corinthia, quæ prærogatiua pulchritudinis insignis, regum dūtaxat & principum dignabatur amplexus. Maximè uerò hanc artem extulit Messalina Claudii Cæsaris uxor, quæ lupanaria circumiens, etiam ancillam nobilissimam è prostitutis, die ac nocte quinto & uigesimo cōcubitu superauit, & lassa-

Thais.

ta uiris, sed nõ satiata recessit. Quibus adiungere po terimus ex recentiore memoria Iohannam Neapolitanorum illustrem reginam, & plerasq; alias principes meretrices & palatina scorta, si nuncupare eas tutum foret, quamuis uulgata fama notissimæ sint, hoc ipso tamen à cæteris meretricibus discretæ, q contra Heliogabali legem nõ in publicis lupanaribus, ut Messalina illa impatrix, sed intra limina clanculum futuunt, & quasi per insidias meretricantur. Adscribamus liceat etiã Octauiani Augusti utranque Iuliam, filiam & neptem, tum & Populeam & Cleopatram Aegypti reginã, & alias nobilissimas meretrices: quin etiã Semiramidis monarchę, & Pasiphae uetustissima libidinis exempla, quarum hæc tanta libidine ardebat, ut non modo filium propriũ in complexum solicitaret, sed etiam equum usq; ad coitũ adamarit: illa uero Minois regis uxor, se tauro supposuerit. Nolumus autem hoc loco illustriũ meretricum catalogum edere: sed illud prætereundum non est, meretricios & adulterinos concubitus germinasse nobis splendidissimos heroas, puta Herculem, Alexandrum, Ismáelem, Abimelech Salomonem, Constantinum, Clodoueum Francorum regẽ, & Theodoricum Gothum, Guilermum Normannum, Raymirum Atragonensem. Sed & qui hodiè regnant & imperant reges, pauci admodùm ex legitimis matrib⁹ nati sunt, tàm leuia habent penes eos matrimonii iura ut pro libito despõsatas, iustas, uetasq; uxores repudient, mutent atq; ꝑmutent, similiter & filios filiasq; tot nuptiis & sponsalitiis copulant & recopulãt, ut nescire cogamur, ubi uerum

Iuuena. satyra 6.

Iohanna regina Neapolitana.

cohæreat illorum matrimoniū. Exempla huius plura suppetunt, sed pauca, quæ à proximis annis sese offerunt, pro omnibus satis faciunt. Nōne Ladislaus Polonus accepit in uxorem Beatricē, cuius nutu Hungariæ regnum obtinuit, tandem repudiata illa superinduxit aliam ex Gallijs pellicem? Nonne Carolus octauus rex Francorum repudiata Margareta Maximiliani Cæsaris filia, illius sponsam rapuit, & uxorem sibi copulauit? quam eandem postea Lodouicus duodecimus repudiata sua, sibi consimili thoro coniunxit, consentientibus istis & adiuuantibus regni episcopis & pontificibus quibus uisum est pluris facienda iura acquirendæ Britanniæ, quā iura obseruandi legitimi matrimonij. Et hodie adhuc nescio cui regi pſuasum audio, ut liceat sibi iam plus uiginti annorum uxorem dimittere, & nubere pellici. Sed ad meretrices reuertendum est, harum artes qui nosse uelit, uidelicet quo ritu suam prostituant pudicitiam, qua oculorum lasciuia, quo nutu faciei, quo corporis gestu, quis sermonum blanditijs, quis impudicis contrectationibus, quo exteriore habitu ac fuco solicitent corruptores, cæterasq; meretriciæ artis uafricas, illices, laqueos, stratagemata apud cœmediarum poetas hæc requirat. Qui autem scire cupit, quo ritu, quo deliniamento, quo contuitu, quo affatu, quibus basijs, quibus suauijs, quibus contractibus, quibus oppressiunculis, quibus affrictionibus, quibus luctis, quo accubito, quo constrictu, quibus motibus, quo impulsu, quo exceptu, quo recessu, qua Veneris protelatione, qua reciprocatione, qua instauratione meretricius lusus sit explendus,

In medicorum uoluminibus traditum inueniet. Scripserunt præterea libros de meretricibus Antiphanes, Aristophanes, Apollodorus, Calistratus: particulatim uerò Laidis meretricis laudes scripsit Cephalus rhetor, atq; Naidis meretricis laudes conscripsit Alcidamus. Scripserũt præterea de fornicarijs amoribus, tàm Græci quàm Latini, Callimachus, Philotes, Anacreontes, Orpheus, Alceon, Pindarus Sappho, Tibullus, Catullus, Propertius, Vergilius, Iuuenalis, Martialis, Cornelius gallus, & multi alij, non tàm poetarum, quàm lenonum officio functi: sed hos omnes uincit Ouidius in epistolis heroicis, & ad Corinnam dictatis, maxime uero de arte amandi, quem uerius de arte meritricandi aut lenocinandi intitulasset, ob quorum editionem, quod iuuentutẽ impudicis documẽtis corripuisset, ab Octauiano Augusto in meritum exilium ad Getas usque relegatus est. Ipse etiam Archilochus Lacedæmonius olim omnes amorum libros iussit excremari: & tamen hæc ars hodie adhuc à nobis legitur, & ludimagistri hanc suis prælegunt discipulis, & editis in eam scelestissimis commentarijs exponunt: quin & uidi ego nuper atque legi sub titulo Cortosanæ Italica lingua editum, & Venetijs typis excusum de arte meretricia dialogum, utriusq; Veneris omnium flagitiosissimum, dignissimumque qui ipse cum autore suo ardeat. Prætereo hic, & consulto quidẽ, cinædorum & pædiconum detestandam libidinem referre, & si illam magnus probet Aristoteles: ac Nero imperator publico thoro honestarit, quo tempore Paulus apostolus scribens ad Romanos, in-

dignationē omnipotentis dei illis indicit. Pluet enī super eos dominus laqueos, ut non effugiant, ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. In hos iubet impator insurgere leges, & armari iura, & exquisitis pœnis ultore gladio pœnam irrogari capitalem, sed hodie igne execrantur: quam Moyses in legibus suis crudelibus suppliciis extirpandam censuit, & Plato à sua republica expellit, & in legibus damnat. Antiqui etiam Romani hanc (teste Valerio & aliis) seuerissime punierunt. Exempla huius fuerunt Q. Flaminius, atq; tribunus ille à Cælio occisus: sed nos honestis auribus parcentes, ab hac monstrosa libidine, & brutali spurcitia ad meretrices redeamus. Siquidem omnibus hæc libido infesta est, & non est qui ignem illius aliquando non senserit: sed aliter uruntur fœminę, aliter uiri, aliter adolescētes, aliter senes, aliter plebei, aliter ꝓceres, aliter pauperes, aliter diuites: quod'q; mirabilius est, ꝓ nationum & terrarum uarietate, aliter Itali, aliter Hispani, aliter Galli, alit̃ Germani: in libidinis incendio, ꝓ cuiusq; sexus, ætatis, dignitatis, fortunæ atq; nationis differentia sibi uarios insaniendi ritus deligente, uirorum amor ardentior, sed fœminarum pertinacior: amor iuuenū lasciuus est, & senum ridiculus: placere studet pauper obsequio, diues muneribus, plebeii conuiuiis, ꝓceres pōpa & ludis. Adoritur pathicā ingeniosus, Italus dissimulato ardore, quadā adornata lasciuia illam'q; editis laudat carminibus, omnibusq; præferens extollit: si potiat̃ zelotypus, illam perpetuo recludit, ac ueluti captiuam obseruat: si amore frustratus de

recupanda pathica desperauerit, ad maledicta conuersus, illam infinitis conuicijs detestatur. Præceps Hispanus, ardoris impatiens, furibūdus, irrequieta lasciuia irruit, miserabilibusq; lamentis incēdium suum deplorās, pathicam inuocat & adorat: si potitus fuerit, tandem aut zelotypus pmit, aut satiatus ad mercedem ꝓstituit: si frui desperare cogatur, se ipsum excruciat, & mori destinat. Lasciuus Gallus obsequio nititur, cantibus & iocis pathicam oblectat: si capitur zelotypia, mœstus luget: si frustratur, lacessit cōtumelijs, uindictam minat̃, uimq; intentat: si potitus fuerit, tādem negilgit, & aliā urit. Frigidus Germanus lente inardescit, accensus, arte instat, & donis ꝓuocat, zelotyp9 liberalitatem cōtinet, frustratus contemnit, potitus refrigescit. Fingit sese amare Gallus, ardorem dissimulat Germanus, amatum sese sibi persuasit Hispanus, amare nescit absq; zelotypia Italus. Amat iucundam licet deformem Gallus, præfert pulchram licet inertem Hispanus, mauult timidulam Italus, cupit audentiorem Germanus. fit e sapiente stultus pertinaciter amando Gallus, rebus omnibus amando profusis e stulto tandem, sed sero fit sapiens Germanus. ob placendæ amatæ desiderium magna adgreditur Hispanus: ut amata fruatur, maxima quæq; contemnit Italus. Quin huiusmodi amorum libidinumque passiōibus irretiti etiā maximi uiri, multa pręclara facinora sæpissime negligunt, & post terga relinquunt, cuiusmodi quōdam in Ponto Mithridates, in Capua Hannibal, in Alexādria Cęsar, in Gręcia Demetrius, in Aegypto Antonius: cessat olim ab

opere Hercules propter Iolen, Achilles pugnam detrectat propter Briseidem, moratꝰ Circe Vlyssem, moratꝰ in carcere Claudius propter Virginiam, retinetur Cæsar per Cleopatram, eademq; exitio fuit Antonio. Produnt sacræ literæ propter fornicationem filiorum Seth cum filiabꝰ Cain prope uniuersum humanum genꝰ diluuij extinctum, propter fornicationis impetum deletæ sunt Sichen & domus Emor, & pene tota tribus Beniamin: populus Israel propter fornicationem externarum fœminarum, quoties percussus est, & in seruitutem datus? Iamq; propter unius Dauid regis adulteriũ, quanta strages peste, fame, & gladio facta est? Propter fornicationis amores, fœminarumq; raptus Thebani, Phocenses, Circei expugnati atq; deleti sunt, ipsumq; (ut diximus) Peloponesiacum bellum à Pericle susceptum est, ac decẽnali bello expugnatum Ilium, maximo totius Græciæ atq; Asiæ detrimento. Similes ob causas Tarquinius, Claudius, Dionysius, Hannibal, Ptolomæus, M. Antonius, Theodoricus Gothus, Rodoaldus Longobardus, Childerico Francus, Aduincelaus Bohemus atq; Manphrodus Neapolitanus mortem & patriæ ruinam passi sunt. Propter Canam Iuliam Tingitanæ ꝓuinciæ ꝑfecti filiam, ꝑ Rhodericũ regem stupratã, pulsis Gothis, Sarraceni oẽm Hispaniam occuparunt: Henricus secundus Anglorũ rex, ob stupratam nurum suam Philippi Francorum regis sororẽ, à filio suo regno pulsus ẽ. Propter uirorum fornicatiões indignatæ uxores Glitẽnestra, Olympia, Laodicea, Beronica, Frigiobunda & Blancha ambæ Francorum reginæ,

& Iohanna Nea Neapolitana, & pleræq; aliæ maritos occiderunt. Eadem causa Medeam, Prognen, Ariadnen, Altheam, Heristillam materno amore in odium uerso, in crudelem filiorum cædem adegit. Et posteris temporibus multæ adhuc mulieres maritorum stupra in natos filios uindicarunt: atq; ex mitissimis matribus crudelissimę Medeę, furibundæ Altheæ, & impiæ Heristillæ factæ sunt.

De lenonia. Cap. LXIIII.

Ars lenonia.

VErum quia lenonum & lenarum suasu, consilio & opera, committunt meretrices & scortatores ut plurimum scelera sua, ipsam lenociniorum artem prosequamur. Nam sicut meretricatio ars est prostituendæ proprię pudicitiæ, sic lenociniũ ars est oppugnandæ & prostituendæ pudicitiæ alienę: quę tanto quidem maior est meretricia, quanto sceleratior: tanto potentior, quanto ipsa res pluriũ artium satellitio cõstipata: tãto autem perniciosior, quanto ipsa plura cæterarum artium ac scientiarũ disciplinas amplectitur, quas aranearum instar irrepens, quicquid in singulis artibus & disciplinis uspiam est ueneni, id totum e singulis haurit, inde sua tela cõtexens: non quidem quales aranearum telę, quæ dimissis auibus non nisi muscas capiunt, nec etiam cuiusmodi illa uenatorum ingentia retia, quæ grandiores beluas retinent, pusillas astutioresq; bestiolas elabi sinũt: sed uincula nectit tam fortia, tamq; solida, ut nulla puella, nulla mulier tam sit simplex siue prudens, tam constans siue pertinax, tam uerecunda seu timidula, tam potens siue pusilla, si semel au

res pbeat lenæ, non illico capiatur & hæreat. Astutia uero ea est, quam nulla uincit muliebris prudentia, à quarum tēdiculis nulla puella, nulla matrona, nulla uidua, nulla uestalis euadat indemnis. Cuius inermis militia plurium mulierū pudicitiam prosternit, quam ullus unquam quantumcunque maximus exercitus, illius technæ, fraudes, doli, uersutia, astus eiusmodi, q̄ tradere nullus styl9 sufficiat, nullum ęquare possit ingeniū. Cūq; hæc ars plurimos utriusq; sexus habet professores, tamen paucos admodum consummatos dedit magistros: nec mirum. Nam licet tot sint lenociniorum genera, quot artium & disciplinarum, idcirco absque omium cognitione perfici non potest. Oportet ergo perfectum & cōsummatum lenonem lenamve omiscium esse, nec ad unam solam disciplinam, uelut ad Arcticam stellam tantum respicere, sed omnes amplecti, eam artem pfessus, cui cæteræ omnes disciplinæ seruiunt & famulantur. Est enim certa quædam omnium scientiarum seruit9 lenocinio famulantium. Nā huic in primis grammatica scribendi & loquendi disciplina amatorias largiat̄ epistolas, illasq; effictis amatorijs salutatiūculis, precatiūculis, lamentatiunculis, allectatiūculis, dictare docet: quarum exempla pleraque ex recētioribus Aeneas Syluius, & Iacobus Cauiceus, & pleriq; alij reliquerūt. Verum est alia quædam grammaticæ ratio, de modo occulte scribendi, ceu de Archimede Syracusano legimus apud Aulum Gellium, de quo artificio ante paucos annos scripsit Trithemius abbas Spanheimēsis duo ingeniosa uolumina, quorum unum nun

cupauit polygraphiæ, alterum steganographiæ. in quo posteriore, tam securos secretosq; ad quantam cunq; etiam distantiam explicandi animi ritus modosq; tradidit, quibus nec Iunonis omiscia zelotypia, nec Danae arctissima custodia queat resistere, nec quæ omnia peruidens centoculi Argi uigilantia queat explorare. Ars profecto non tam necessaria regibus, quàm lenonibus & amantibus omnibus commodissima. Succedit huic proxime poesis, quæ suis lasciuis rhythmis atq; fabulis ac amatorijs bucolicis, epigrammatibus, epistolis & præceptiunculis, comœdijs, atq; ex penitissimis Veneris armarijs depromptis lasciuis carminibus lenocinio functa. pudicitiam omnem subuertit, ac adolescentiæ bonam indolem moresq; corrumpit, Vnde Poetæ inter lenones principatum fere obtinuerunt, e quorum numero apud priscos peritiores extitere illi, quos superius in arte meretricia nuncupauimus. Callimachus, Philetes, Anacreones, Orpheus, Pindarus, Alceon, Sappho, Tibullus, Catullus, Propertius, Vergilius, Ouidius, Iuuenalis, Martialis. Et hodie sunt adhuc Poetæ qui pestilentissima carmina scribunt. Post istos uero non infimum inter lenones locum sibi uendicant Rhetores, fraudulentarum blanditiarum & persuasionum artifices, illaq; lenarum felicissima, cui propicia est dea Suadela. Superiorem tñ istis locum possident historici, illi ƥcipue, q amatorias illas historias contexuerunt, Lanceloti, Tristanij. Eurealis, Pelegrini, Calisti, & similium, in q bus fornicationi & adulterijs à teneris annis puellæ instituunt & assuescunt. Neq; uero machina quę

uis ad oppugnãdum, cum matronarum pudicitiam, tum uirginum ac uiduarum castimoniam ualidior, quàm lectio lasciuæ historiæ: nulla tam bonæ indolis fœmina, quę hac ipsa nõ corrumpatur, mirumq; putarim, si aliqua reperiatur aut mulier aut puella tã exactæ castitatis siue pudicitiæ, quæ eiusmodi lectionibus & historiis peregrina libidine nõ sæpe ad furorem usq; accẽdatur. Atq; tñ quę in his libris plurimum edocta puella est, quæq; horũ iacere scit dicteria, & ex horum disciplina cum ꝓcis in multas horas facunde confabulari, hæc demum est ꝓbe aulica. Permulti autẽ historici lenones extitere, quorum nomina obscura sunt: multi etiam inter pręclaros scriptores istis operam nauarunt, cuiusmodi ex recẽtioribus Aeneas Syluius, Dantes, Petrarcha, Bocatius, Pontanus, Baptista de Campo fragoso, & alter Baptista de Albertis Florentinus. Item Petrus Hœdus, & Petrus Bembus, Iacobꝰ Caniceus, & Iacobus Calandrus Mantuanus, & multi alij, interq̃s tñ Iohannes Bocatius superatis omnibus, lenonum palmam sibi lucratus est, in ijs maxime libris, quos cẽtum nouellarum intitulauit: cuius exempla & traditiones nihil aliud sunt, quàm callidissima lenociniorum stratagemata. Iam uero quando honestatis ac religionis uerecundia timidulaq; fœmina expugnanda est, quantum tunc dialecticæ argutiæ lenocinijs adiumenti præstant, ipsa apud Ouidiũ Myrthę fabula palam facit. Proinde nunc ex mathematicis disciplinis arithmetici ludi lenociniis commodi sunt, & musica ipsa non minima lenociniorũ clientula est, quæ uocis gratia, & pestilentibus cantioni-

bus instrumentorumq́ uoluptarijs modulis libidinis incentiua, in omnem lasciuiam & corruptionem animum emollit, mores subuertit, luxuriæ concupiscentiam affectusq́ ualidissime incutit. Cui accedit chorearum & saltationum commoditas, ubi cum pathicis libere loqui licet, & palpitare, oscula, basia, & suauia figere. & impudicis manibus quam uelis contrectare, & non raro ad latebras cõfugere. Nec deest à lenocinijs geometricus architectus, qui scansili machinula per impluuium uel fenestram sub noctu congrediatur amatæ: quiq́ adulteratis clauib9 similibusq́, ceu quale Dędal9 fabricauit Pasiphae, ingenijs adulteris obsequatur. Iamq́ etiã in picturis legunt quæ literas nesciunt mulieres, plusq́ ex illis intelligunt, quam aliæ ex literis conspiciunt, dum intra cubilia nusquam non uideant, quod cum scelere & flagitio æmulentur, nec minus per oculos atq́ p aures animus corrumpit, : tam enim hi ad animum penetrant, atq́ ille: nec minus lasciuis imaginibus, q̃ rerum præsentia hoies ad libidinẽ inuitantur: cuius rei argumenta sunt, Venus Gnidia, Praxitelis opa in tẽplo stuprata, eiusdemq́ artificis Cupido, abs Alchida Rhodio adolescente corrupta: et quæ refertur ab Eliano Fortunæ statua, abs Atheniensi iuuene tam ardenter adamata, ut cum emere phiberetur, apud eandem expirarit. Terentius etiã in Eunucho introducit adolescentem ad libidinem incensum, cum uidisset tabulam, in qua depictum fuerat, quomodo Iupiter per aureum inpluuium corruperit Danaen: ideoq́ non immerito Aristoteles pœnã publicã statuit pictoribus, q talia proponũt

Choreæ.

Architectura.

Pictura.

oculis multitudini, q̃bus libido inflammet̃. Neq; uero sine causa dicit Sapiens picturæ ac statuariæ artes inuentas esse in tentationem aïæ hoïm, & in decipulam insipiẽtium, & corruptionẽ uitę. Occurrunt nunc astrologi, chiromãtes, geomãtes, somniatores, ominatores, aruspices, augures reliquusq; diuinatorũ populus, qui omnes lenonum officio fungentes, suis fallacijs ac uersipellis astutiæ fraudib9 spondent illicitos amores, conciliantq; nõ raro, scelestissimas cõglutinant nuptias, nimis raro bene pactas dirimunt in adulteria. Ab ijs lenonibus nõ modo mulieres, sed quod pudendum est, uiri etiã amorum & cõiugiorũ suorum auspicia petunt, & spem potiundæ pathicæ puellę capiunt, & ꝓ illorum nõ tam stulto q̃ impio hortatu, sese connubijs iungunt uel eximunt. Cæterũ etiam ad tam insanam credulitatẽ plerique inducti sunt, ut putent astrologicis imaginibus, & horarum obseruationibus amorem cogi posse, sicut de istis Throcritus Vergilius, Catullus, Ouidius, Horatius, Lucanus, & multi alij nugaces poetę cecinerunt, atq; ipsi astrologi poetis non minus mendaces autores, in suis electionum libris statis canonibus tradiderunt, quo uno profecto lenociniorum obsequio astrologi omnes & diuinatores non minimum faciunt quæstum: q̃bus in adiutorium proxime sese offert.

Diuinatoriæ artes.

Magia, quę se carminibus ꝓmittit soluere mentes
Quas uelit, ast alijs duras immittere curas.

De qua etiam apud Lucanum:

Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit
Non fatis adductus amor,

Et apud Horatiũ Canidia, apud Apuleium Pamphilę maleficæ suos amatores astringunt, & in Calisti tragica, comœdia Cęlestina lena Melibœam puellam accendit. Accedunt ijs etiam uenefícia, & philtra, amatoria pocula, sed admodũ periculosa, ut pro amore nõnunquam mortẽ aut grauem aliquẽ morbum inducant. Horũ haustu mortuus est Lucullus & Lucretius, sed dilucidis interuallis sensum mentemq; amisit. Legimꝰ etiam mulierem quãdam quę amatorio poculo hoĩm occiderat, ab Areopagitis absolutam, qa amoris causa hoc cõmiserat: sed nulla lenocinijs accõmodatior ars q̃ medicina, quę concupitam Venerem à quauis patluca puella facile obtinet, dum pollicetur resarcinato himenęo amissam uirginitatem restituere, papillas ne excrescant cohibere, uterum ꝓhibere, sterilitatis uenena in longam securamq; libidinem ministrans, aut quassata spina conceptum semen eijcere docens, ut canit Lucretius:

Amatoria pocula.

Id'q; sui causa consuerunt scorta moueri,
Ne complerentur crebro, grauidæ'q; iacerent,
Et simul ipsa uiris Venus ut concinnior esset.

Medici.

Quo uno medicorũ beneficio iam multæ matronæ simul & puellę, aulicæ etiam dominæ secure fuuunt: faciunt ad hanc rem etiã uetularum incrustationes, & reliq meretricãtium mulierũ fuci, q apud medicos in libris de decoratione passim tradũtur docentur'q;, quibus noxias meretricũ merces uendibiliores reddant, quæ idcirco sacrę literæ uocant unguenta meretricia, & cum istis alia ꝑmulta pharmaca libidinũ incentiua: cuiusmodi ope gloriatur Ouidius ad nouenarium numerum se inscẽdisse, & Theo

phrastus scriptam reliquit plantam quandam ad septuagesimum coitum uires extendētem. Iam uero nullum lenocinium opportunum tempestiuumque magis, quam quod medicinæ prætextu peragitur, nullæ siquidem domus tam clausæ, nulla monasteria tam reclusa, nulli carceres tam custoditi, q̃ non admittant, quæve excludant lenonem medicum: e quibus (teste Plinio) etiam in principum domibus adulteria perpetrata sunt, ut Eudēi in Liuia Drusi, & Vectij Valentij in Messalina Claudij. Et ne quis philosophos lenocinio inutiles putet, ipse Cyrenaicorum magister prohibet Aristippus: cui quum esset apud Thaidem nobile scortum frequens cum alijs riualibus consuetudo, gloriabatur quod ipse haberet Thaidem, quum alij a Thaide haberentur, quumque illi sua bona perderent, ipse gratis luxuriaretur. Sic meretrix philosophum illum habuit pro lenone, cuius exemplo & autoritate omnem iuuentutē ad se traheret: nec satis fuit Aristippo sese meretrici lenonem exhibere, sed etiam docere publice libidines cœpit, illasque de lupanari in scholas transtulit. Reliquum nunc & mechanicæ artes perplures lenociniorum uicem obtinent, inter quas phrygia artificia, nendi, texendi, suendi, cæteraque muliebria exercitia principatum tenent, quorum prætextu lenæ dum linum, filum, uittas, tiaras, corollia, cestes, loculos, chirothecas circunferunt, ex iuuenculis olim meretricibus iam uetulæ mercatrices effectæ, pathicas puellas his rebus facile allectant, & colloquendi opportunitatem capiunt, quibus tum adsunt subsidio lotrices, quibus permissum est do-

mos libere ingredi, & filias ancillulasq́ absentibus matribus ad lintea abducere: adsunt etiam mendicę, quę eleemosynarum pietate obseruant ianuas, defe runt referūtq́ plena lenociniorū & nūcia & literas.

Et ferunt ad nuptam dona quæ mittit adulter.

Proinde etiam & uirilia nobilium exercitia lenocinijs accommoda sunt, ut equiria, quæ torneamenta uulgo uocant, ludiq́ militares, quorū astu Romulus olim rapuit Sabinas. Iamq́ etiam uenatio o quoties in syluarum latebris nobilium potentumque adulteria cōciliauit: Lusit hoc ꝑpulchre Vergilius in Aenea & Didone, à uenandi opportunitate de lapsu comitum occasione capta. Ipse etiam Iupiter usus est lenonibus pastoribus. Proinde & nautæ quid conferant lenocinijs, ipsæ Venetiæ testabuntur, qn etiam lautæ coquinarum epulæ, opipataq́ conuiuia lenociniorum uicem tenent, ut eleganter in suis Aeneadibus expressit Vergilius: — Nobiliū exercitia

Postquam prima quies epulis, mensæq́ remotæ.
Crateres magnos statuunt, & uina coronant,
Hic regina grauem gemmis auroq́ poposcit,
Impleuitq́ mero pateram, celebrate fauentes,
Dixit, & immensum laticum libauit humorem.
Primaq́ libato summo tenus attigit ore,
Tum Bicię dedit increpitans, ille impiger hausit
Spumantem pateram. & pleno se proluit auro.
Post alij proceres Tyrij, Troesq́ sequuntur,
Necnon & uano noctam sermone trahebat
Infelix Dido, longumq́ bibebat amorem.

Sunt adhuc quæ prętereo ꝑmulta lenociniorum artificia, sed hęc omnia uincit aurum, quo si alchimi — Aurū caput lenociniorū

stæ nobis (ut pollicetur) satis facere possent, ipsi profecto lenonum futuri sunt oīm inuictissimi: potentissimum enim lenocinium in auro atq; pecunia est.

Horatius

Scilicet uxorem cum dote, fidemq; & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Auro placatur zelotypus maritus, auro mollitur inexorabilis riualis, auro accuratissimi uincūtur custodes, auro quæque ianua panditur, auro omnis thalamus conscenditur, auro uectes & saxa, & insolubilia matrimonij uincula franguntur. Quid mirum quod auro uirgines, puellæ, matronę, uiduæ, uestales ueneunt, si auro Christus ipse uenditur? Deniq; hac lenociniorum duce, plurimi ab infima sorte ad summum prope nobilitatis gradum conscenderunt. Prostituit hic uxorem, factus est senator: ꝓstituit ille filiam, creatus est comes: hic aliam quamuis matronam in adulteri principis solicitauit amplexum, mox amplo stipendio dignus fit regius cubicularius. Alij ob desponsata regia scorta spectabiles facti sunt, publicisq; muneribus præfecti, eisdem artibus abs cardinalibus & pontificibus multi multa ppinguia uenantur beneficia, nec est uia ulla compendiosior. Quantum autem lenocinijs ipsis conducat religio, ipsa Paulinæ castissimæ inflexibilisq; matronæ historia ab Egesippo descripta testatur, quam Isidis sacerdotes cuidā equestris ordinis adolescenti pro Anube deo prostituerunt. Quid etiam in istis posset auricularis nostra confessio, ipsa tripartita indicat historia: nec desunt mihi, si referre uelim, cognita recentia exempla. Habent enim sacerdotes, monachi, fraterculi, moniales, & quas uocant sorores,

Lenonia arte multi euecti.

specialem lenociniorum prerogativam, quum illis religionis prætextu liberum sit quocunque peruolare, & quibuscunque, quantum & quoties libet, sub specie uisitationis & cõsolationis, aut confessionis, secreto sine testibus loqui, nam pie personata sunt illorum lenocinia & sunt ex illis quibus pecuniam tetigisse piaculum est, & nihil illos mouent uerba Pauli dicentis: Bonum est mulierem non tangere, quas illi non raro impudicis contrectant manibus. & clanculum confluunt ad lupanaria stuprant sacras uirgines, uitiant uiduas: & hospitum suorum adulterantes uxores, nonnunquã etiam quod ego scio & uidi, Iliaci prædonis instar abducunt, & Platonica lege compopularibus suis communes prostituunt: & quarum aĩas lucrari debent deo, illarum corpora sacrificant diabolo: aliaque his multo scelestiora, & quæ nefas est eloqui, insana libidine perpetrant, interim castitatis uoto abunde satisfacientes, si libidinem, si luxuriam, si fornicationẽ, si adulteria, si incestum uerbis acerrime incessent detestenturque, & de uirtute locuti clunes agitent. Sed flagitiosissimi lenones, sceleratissimęque lenæ sępe sub illis religionum pellibus delitescunt. Tales habent aulicę dominæ plerunque sacrorum suorum mystas, & aulicarum nuptiarum scortationumque cõsultores. Extabat olim Romæ in templo Veneris duabus tabulis exculptum senatusconsultũ, & lex futuaria scortatoribus & lenonibus admodum fauorabilis, quã apud Petrum Crinitũ in hæc uerba latam legimus: In prima tabula continebatur: Iura uisundi, consectandi, susurrandi, gestiundi, subtrudendi, salutan-

Iuuena satyra. 2

di,confabulandi,precandi,perpetuo interdiu futuaris permissa ex me sunto: ex æde, foramine, horto postico, impluuio cuncta hæc commoda nemo homini prohibento:consilia ferunto ,fidem seruanto, auxiliũ operamve danto. In altera tabula erat: Sub noctu uota tractanto,percussa iuramentà, lamento admiscento, solicitanto , uerecundiam timoremque amouento,tristitiam supprimunto, tempori locove obsecundanto, occasioni ne unquam cedunto, internuncias epistolas succidunto: ijs spem, uoluntatem, expectationem,necessitatem, misericordiam adlectanto, inferunto:fraude,ui,dolo,ostentatione attẽperate utuntor, prudentiam, fatuititatem habento, tenento,gestanto: ex pathica quicquam sempiterne quasi stipem & pignus capiunto,eius permissa aduehunto,nouam quærunto,astu pompave grandianimem nobilem insectantor: notas coniecturas tacitus nouanto. Erat etiam Lycurgo lata lex, si quis ætate prouectior, ac nuptiis intempestiuior pellulam primæ pubis duxisset,huic integrũ esset ex adolescentibus aliquem deligere,qui Venere potentior pręcurrens feracem uterum generoso semine impleret, modo ipsum q̃d natum esset, mariti assereretur. Erat & Solonis lex quæ similiter permittebat uxoribus, si mariti in rem Veneream ignauiores essent, ex necessariis unum aliquem sibi dispicere qui cum colluctarentur,nec idcirco alienum dici quod nasceretur. Mitto quot sunt &cognoscuntur mulieres in hunc diem etiam ex nobilioribus,quę quotannis externo semine grauidæ natos filios maritis supponunt,rursusq́ꝫ post partum redeunt ad alternã adul-

terorum satietatem, nequiores M. Agrippæ Iulia, quæ nisi plena naui uectorem non recipiebat. Atq; surrexit his temporibus inuictus hęreticus, qui has Lycurgi & Solonis leges assereret licere etiam in ecclesia Martinus Lutherus, quod uos ideo scire uolo, ne putetis non etiam theologos esse lenones. Ipsa siquidem sacra bibliorum eloquia (si fas est dicere) lenociniorũ stratagemata habent, ut in socru Ruth & in Ionadab, quem uocat scriptura uirum prudentem, atq; in Achitophel potenti consiliario manifestum est. Quin & Abraham, cum esset illi uxor Sara pulchra & iuuenis, & peregrinarentur apud Aegyptios, ait illi: Noui quod pulchra sis mulier, & cum uiderint te Aegyptij, dicent: uxor illius est, & interficient me, & te reseruabunt: dic ergo obsecro quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, & uiuet anima mea ob gratiam tui. & ita tandem sublata est Sara in domum Pharaonis, & Abraham bene usi sunt propter illam. Eodem stratagemate apud regem Palæstinorum Abimelech usus est, utrisq; regibus, sed diuersis tẽporibus coniugem suam ad concubitum usq; permittens. Fecit idem Abrahæ filius Isaac, atq; ita etiam sanctorum exemplis, ars lenociniorum illustrata ẽ. Proinde à dijs, abs heroibus, à legis latoribus, à philosophis, à sapientissimis uiris & theologis, à principibus, ipsisq; religionis capitibus culta & cohonestata. Lenones fuerunt Pan deus, atq; Mercurius, ipseq; puer Cupido, leno fuit heros ille Vlysses, leno fuit legis lator Lycurgus, & sapiens ille Solon, qui primus lupanaria ædificauit, & meretriculas iuuentuti ꝓstituit. Sed & recentioribus

tempotibus Sixtus pontifex Maximꝰ Romæ nobile admodũ lupanar extruxit. lenо fuit imperator ille Heliogabalus, q domi suæ meretricum cohortes aluit, amicisq́ꝫ & seruis exhibuit. Iam uero etiam reginarum cæterarumq́ꝫ principum & dominarum nõnunquam id curæ est, atqꝫ regum matres nonnunquam filiorum suorum lenæ sunt. Neqꝫ præterea optimates magistratusque id officij abhorrent, quippe lenones olim fuerunt Corinthii, Ephesii, Abydeni, Cyprij, Babylonij, & multi alij magistratus: q in ciuitatibus suis lupanaria construunt fouentq́ꝫ, nonnihil ex meretricio quęstu etiam ærario suo accumulantes emolumenti, quod qdem in Italia non rarum est, ubi etiam Romana scorta in singulas hebdomadas iuliũ pendent pontifici, q census annuus nonnunquam uiginti millia ducatos excedit, adeoq́ꝫ ecclesię procerum id munus est, ut una cum ecclesiarum ꝓuentibus etiã lenociniorum numerẽt mercedẽ: Sic eñ ego illos supputantes aliqñdo audiui: habet (ingentes) ille duo bñficia, unum curatum aureorum uiginti, alterum prioratum ducatorum quadraginta: & tres putanas in Burdello, quę reddunt singulis hebdomadibus iulios uiginti. Iam uero nihilominus lenones sunt episcopi illi & officiales, qui censum ꝓ concubinatu à sacerdotibus quotannis extorquent, idqꝫ tam palam, ut apud plebem ipsam in ꝓuerbium abierit illa eorum concubinaria exactio siue lenocinium, q̊ dicunt: habeat uel non habeat, aureum soluet ꝓ concubina, & habeat si uelit. Sed in regno auaritiæ nihil turpitudini adscribitur, quod lucrum pariat. Mitto tolerãtiæ

Helingabalus leno.

commentum, quo certa pecunia episcopis soluta, ab sentis mariti uxor, præter adulterij (ut dicũt) offensam, alteri cohabitare permittitur. quæ omnia tam manifesta sunt atq; frequentia, ut nescire cogamur, episcoporum ne impudentia, an plebis patientia hactenus fuerit ineptior: ut tandem opus fuerit Germaniæ principibus, inter cætera nationis illius grauamina, hæc quoq; deferre. ex quibus quæ hic silentio premuntur, elicere poteritis. Eiusmodi itaq; patronos habet ars Lenonia, quiq; tueantur artem meretriciam, cui in hunc usq; diem prohdolor in Christiana republica locus est, & in ciuitatibus publica theatra, immunitates & stipendia concessa sunt, unica illa contra diuinas leges atque ipsum dei uerbum humana ratiuncula, siue potius lenonio commento militante, qua inquiunt, ut iuuentus egesto illic libidinis impetu, peiora conari desistat. Tolle (aiunt) e republica meretrices, cuncta stupris, incestis, adulteriis permiscentur, nulla matrona integra remanebit, nulla uidua pudicitia incolumis persistet, uix uirgines ac uestales inuiolatæ seruabuntur. hinc tandem impossibile esse concludunt, reipublicæ tranquillitatem sine meretricibus posse consistere, sine quibus tamen populus Israel olim per tot secula continentissime durauit, sicut præcepit illis deus. Nõ erit meretrix neq; scortator in filijs Israel. Atq; prӕterea hæc spurcitia olim etiam sub religiõis specie ecclesiã infilijt, ac Nicolaitarũ hӕresim propagauit, qui ob uitandam zelotypiam uxores prostituebant, ac ueluti Platonica lege communes habendas docebant. Quicunque autem principes, iudices &

magistratus lupanaria fouēt, siue quouis modo per mittunt, etiam licet ipsi non scortentur, dicetur eis à dño, quod ait psalmista. Si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. hæc fecisti, & tacui, existimasti inique q̊d ero tui similis, sed arguam te, & statuam cōtra faciem tuam.

De *mendicitate*. Cap. LXV.

PErtinet ad rempub. simul & religionem, etiam pauperum & ægrotantium rationem habere, ne quis delinquat propter paupertatē, & furetur, aut mendicando circumiens contagiosæ pestis calamitate ciues inficiat, aut fame pereat, in opprobrium humanitatis. Quapropter pauperum xenodochia publico ęre, insigni pietate, pluribus in locis instituta sunt, & priuatis diuitū eleemosynis indies locupletata. Publice eñ mendicare, & circumire ciuitates, ab initio semper ubiq; gentium omnium legibus prohibitum fuit. Nam in ueteri lege Iudęis à Moyse præceptū est. Omnino egenus & mendicus non sit inter uos. In lege etiam Romana de ualidis mendicantibus, arcte statuit Iustinianus Imperator, ut si quis laborare potens, eleemosynis se immisceat, captiuandus sit, & in seruitutem redigendus. In lege autem euangelica præcepit Christus, quod super est dandum pauperibus, ut nullus mendicus, neq; egenus in plebe remaneat, sed fiat ęqualitas, sicut scribit Paulus Corinthijs, inquiens: Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, uestræ inopiæ sit supplementum, & fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multū habuit, non abun

dauit, & qui modicum non minorauit, & ad Ephesios scribens ait: Qui furabatur iam nõ furetur, magis autem laboret operando manibus, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Idẽ & Thessalonicensibus iubet laborare manibus, & operam dare ut abundent, tanq̃ decretum illis statuens, ut qui nolit operari, non manducet, secus aũt agentibus communionem fidelium præcipiens subtrahendam. atq; in epistola ad Timotheum condemnat eos, qui mendicitatis quæstum arbitrantur pietatem. Ipsa enim canonica pontificum decreta, solis illis pauperibus erogandas eleemosynas decernũt, qui laborare non possunt quoscunq; alios illas accipientes, inter prædones, fures, latrones, & sacrilegos connumerant. Iis itaq; autoribus docemur non tam paupertati condolendum, quàm mendicitatem ipsam detestandam. Artes uero quas pro explendo mendicitatis quæstu excogitarunt, ab omnibus execrandæ sunt, dum malunt ante templorum fores in humanæ naturæ iniuriam, & contra diuinam legem lethale frigus, dentium stridores, urentes æstus, ingentesq; cruciatus, ut uix mortem ipsam excludant, spontaneę perpeti, q̃ in xenodochiis pauperum stipe contenti degere, & malis suis mederi. Quodq; magis execrandum est, inter hæc malorum tormenta insuper blasphemi, maledici, contumeliosi, temulenti, deierantes, nonnunq̃ autem simulate orantes, sacra omnia aut negligentes, aut contemnentes, ne Christum quidem ulla ueneratione colentes, ut spectantibus non Christi martyrũ prę se ferant imaginem, sed infernalium manium damnatorumq; re-

præsentent cruciatus. Est aliud mendicantium scele stissimum genus minime miserandum, eorum uidelicet, qui uisco, farina, cruore, tabe, super incrustatis uulneribus, & superinductis stigmatibus, sese totos ulcerosos cancerososq́ pingunt, alii aliis confictis morbis, uariis prestigiis, spectātibus se miserabiles mentiuntur. Sunt alii qui uotorum & peregrinationū prætextu prouincias obambulant, laborem ex industria fugientes, ociosa paupertate ostiatim mendicantes, atq; ij interim ne cum regibus quidem uitam suam cōmutare uelint, modo illis liberū est quo libet & uelint uagari, quodcunq; collibitum est facere bello & pace, ubiq; tuti ab exactionibus, à publicis oneribus, à seruitutibus, à cēsuris ciuilibus undiq; & ubiq; liberi, nec pro fraudibus, dolis, imposturis, furtis, iniuriis, in ius uocati, & uelut diis sacri ab omnibus inoffensi: atq; tamen ex illorum ordine nō minima nascitur pnicies, ingentiaq́ prodeunt facinora, dum ptextu mendicitatis ciuitatū & puinciarum explorant secreta, dū fraudibus & dolis exercitati hostiles deferunt referuntq́ tabellas, ad omniū proditionum genera instructi. Ab iis nōnunq̄ incensæ urbes, quod pximis annis ipsa Gallia atq; urbs Trirensis experta est, nonnunquam ab iis corruptæ aquæ, infectæ fruges, uenenata pabula, & seminata peste ingens hoīm strages facta est. His adnumerandę sunt gētes illę, quas Cynganos uocant,

Quas aliena iuuant, propriis habitare molestum,
Fastidit patrium non nisi nosse solum.

Hi enim ex regione inter Aegyptum Aethiopiam oriundi de genere Chus filii Cham filii Noe, adhuc

usq; ꝓgenitoris maledictionē luunt, p uniuersum orbē uagantes, extra ciuitates in agris, in triuijs ten toria erigentes, latrocinijs & furtis, deceptionibus & pmutationibus, atque ex chiromantica diuinati one oblectantes homines, ijs fraudib9 uictum men dicant. Volaterranus hos, Vxios esse putat Persi-dis populos, secutus Scilarem, qui Constantinopo litanam scripsit historiam: Hic enim dicit Michae-lem, Traulū imperatorē, ex uaticinio Vxiorum ade ptum fuisse imperium, quæ secta per Mesiam atq; Europam sparsa, passim omnibus futura ꝑdicebat. Polydorus Assyrios atque Gilices affirmat. Iā ue ro hæc ualidæ mendicitatis lues. nō inter ꝓphanos modo & extremæ fæcis uilissimos nebulones hos-pitatur, sed etiam in religionē, in monachorum, & sacerdotum usque ordinem cōscendit. Hinc illæ fra trum monachorū, cæterorūq; quæstuariorū sectæ natę sunt, e quorū numero sunt, q maleficia religio nis specie, diuorū (ut aiūt) reliquias circunferētes, aut insidiosa sanctitate pietatem p̄ se ferentes, cum multis confictorum miraculorum appendicibus, di uorum iras comminantes, indulgentias, & dispensa tiones pollicentes, eleemosynarum prętextu uenan tur diuitias: atque prouincias peragrantes, ab incau tis rusticis, ac crudelib. muliercculis superstitiose at tonitis, ouem agnum hœdum uitulum, porcū, per-nas, uinum, oleum, butyrum, triticū, legumina, lac, caseos, oua, gallinas, lanam, linū, etiā pecunias cor radentes, uniuersam regionem dęprędant, ac onusti opimis spolijs, domū redeunt, ubi à suis magno om nium applausu accipiuntur, collaudātur'q;, q; sim-

plici plebi pijsq; mulierculis tā religiose imposue runt, putantq; per huiusmodi mendicitatis artes, insignesq; fraudū uersutias, sese deo atq; sanctis gratissima offerre sacrificia, quoties ad istum modum onusti præda, magno populi dispendio ac reipub. detrimento, sui famulitij satellites saginēt ociosos, ipsa misericordiæ opera, quorum prætextu tāta donaria illis conferantur penitus posthabentes, negligentes, & contemnentes. Lusit olim istorum fabula Apuleius in suo asino de sacerdotibus deæ Syriæ. Accedunt istis multæ admodum ex fratrum mendicantium, atque beguardorum (ut uocant) numero, qui postergata professionum suarum sanctimonia quęstum, cum pietate commutarunt, ac si non in aliud religionem professi sint, quam ut sub paupertatis titulo liceat illis impudenti mendicitate quocunque peruolare, & perfricata fronte, importuna hypocrisi undique pecunias corradere, nullius quæstus pudere, ac insigni sycophantia in choro, in templis, in scholis, in aulis, in palatijs, in publicis & priuatis colloquijs, in confessionibus, in disputationibus, in concionibus, e subsellijs, e cathedris, e pulpitis, e suggestis impudentiæ suæ arcibus spargere in uulgus, indulgentiarum merces uendere, sua benefacta emetiri cæremonijs: & a mercatoribus, usurarijs, & à nobilibus prædonibus male partorum prædam extorquere, & à crassis ciuibus & indocta plebecula, superstitiosis que aniculis emungere nummos, ac serpentis exemplo stultas mulierculas primum allicere. & per illas sibi aditum parare ad fallendos uiros: qui cum affectata uestium

bilitate ostẽtant paupertatem, & uociferando prę-
dicant spernendam pecuniam, fugiendam ambitio
nem, ipsi nihil magis curant, quàm ut plurimum pe
cuniæ possideant: atque ob id causæ mare & ari-
dam circumeunt omnium, domus & tabernas pe-
netrant, nec sacra nisi pro mercede ministrant, ele-
mosynas quam tyrannice tanquam tributum po-
stulant, omnium negocijs se miscent, cõ pinguut ma
trimonia male cohærentia, interuertunt testamẽta,
componunt lites, reformãt sacras uirgines, sed om
nia hæc non nisi suo compendio. hæ sunt artes fra-
tricæ, quibus pleriq; illorum in tantam excreuerũt
autoritatem, ut timori sint ipsis pontificibus & mo
narchis, diuitiasq; plusquam mercatorum opes, ac
principum thesauros congesserint, & multis aureo
rum millibus mitras & capella mercati sint, sum-
mumque pontificatum ingentibus pecunijs ambie-
rint. Tanta potest religiosa illa mendicitas. Cumq;
ingentes possideant pecunias, plerique interim seue
rum paupertatem, & plusquam euangelicam perfe
ctionem præstare ostẽtant, si hanc nudis digitis nõ
contrectant, sed habeant suum Iudam, qui illorum
gerat loculos, & ratiões reddat, interea dicere ausi,
sicut Petrus & Iohannes, argentum & aurum non
est mecum. Quod si hic non mentirentur, & fideles
sit sermo illorum, haberent etiam ius dicendi: Sur-
ge & ambula. Et cum beato patre Francisco à pecu
nijs pariter & uitijs nudato, imperarent creaturis,
& obedirent, aquam in uinum conuerterent, flu-
mina siccis pedibus transirent, rabidos lupos man-
suetos redderent, hirundinum garritum solo iussu

compeſcerent, falconem ueluti gallum excitatorem redderent, igni præciperent, & multa eius generis, quæ ſanctus ille uir miracula fecit, peragerent, ſed non faciunt hæc oēs, qui dicunt: Domine, domine: & uelut Stoicæ ſimiæ exterius duntaxat Christi et Franciſci inſignia & ueſtes gerunt, uoluntatem autem & teſtamentum illorum non obſeruāt. Scripſe ſunt contra iſtos quondā Richardus epiſcopus Armachanus & Malleolus præpoſitus Tigurinus, & Iohannes epiſcopus Camotenſis, & plerique alij cōmeminerunt: quorum ſcripta tolerabiliora forent, ſi non adeo religioſam hanc mēdicitatem, ſed illius abuſum duntaxat damnaſſent. Verum de his modo ſatis, ut ad ulteriora progrediamur.

De œconomia in genere. Cap. LXVI.

Oeconomia.

SVB reipub. adminiſtratione continetur etiam œconomia, quæ eſt domeſtica quædam reſpublica, & nō niſi monarchia quædā priuata: ſed eius ſpecies plures ſunt. Nam q̄dam regia, ſiue aulica: alia ſatrapica, ſiue caſtrēſis: rurſus alia publica ſeu communitatis, ſiue conuentualis, ſiue ſodalitia: alia denique priuata, ſeu monaſtica. Hæc itaque docet quomodo uxor, filij, affines, familia, ſerui regendi ſunt. quō tuenda ampliendaque domus ac poſſeſſio, unde ſumptus corradendi. Præterea quicquid eſt aſtutiæ de prouentibus, moneta, porcorijs, uectigalibus, decimis, uſuris, fœnoribus, monopolijs, & quicquid eſt comparandi lucri & uectigalis noua rum artium & inuentionum. Inſuper quoque de ſodalitiis, fœderibus, litibus & bello, quæ omnia cū

nec modum habeant nec regulã, idcirco anomala dicuntur. Quocirca œconomia nec uere ars neq; scientia dici poteſt, ſed q̃dam ex hoĩm opinione, uſu, conſuetudine, prudentia ſeu etiam aſtutia, conſtans domeſtica diſciplina: ad q̃ ſellularia opificia, & artes mechanicę oẽs referuntur, q̃ in lino, lana, ligno, ferro, ære, metallisq́; uarijs conſiſtunt: ſeruiles quoq; obſecundatiões, tonſorum, balneorum, cauponum, & multiplices uictus acquirendi, & rem priuatam amplificandi formæ: quæ nec ad p̃ſidendi p̄tinent autoritatem, nec reipublicæ regimini uſquequaq; conducunt, nihil diuinum, nihil liberale, nihil heroicum ſpeculantes, quorum tantæ ſunt, ut numerari nequeant, & hæ omnes quidẽ ſeruiles ſunt: pleræq; etiam ſunt cognatis q̃buſdam uitijs infames, ſicut aurigę, nautę, caupones, loquacitatis uitio infames habentur, quia fabulis gaudent, & rumores ſpargunt. ſimiliter, & tõſores & balneatores & paſtores. Nam hos Midæ fabula, & Syllæ Athenas obſidẽtis hiſtoria, illos uero Batti fabella infames fecerũt. Sic etiam cãtores, & tibicines & citharœdi homines mercenarij, qui in conuiuijs in aliorũ oblectamentũ muſica inſtrumẽta ſonant, infames ſunt: ſed nautarũ uita oĩm cum infeliciſſima, tũ peſſima, q̃rum habitatio inſtar carceris ẽ, uictus aſperrimus, idem & immundiſſimus, indumenta ſpurca, & rerũ oĩm incommoditas, perpetuum exilium, ſemp̄ uagi, profugi, neſcij quietis, ſemper uentorum rabie, incertis undis iactati, æſtus, frigoris, imbrium, fulgurum, famis, ſitis, ſqualoris ſemper obnoxij. Accedũt ad hęc Scyllę, Charibdes, Syrtes, Symple

gades, tot in festa maris pericula: præterea tempestates, quibus nihil est tristius & horribilius, & cū his omnibus pluribusq; alijs malis continuum uitę discrimen. Cumq; naturæ hominum omnium sint infelicissimi, sunt simul omnium mortalium scelestissimi. Sed inter tā multas mechanicas artes, mercatura, agricultura, militia medicina, causidica, potiores partes tenent. de quibus inferius per ordinē dicemus. Sed prius generalia œconomiæ fundamenta discutiamus.

De œconomia priuata. Cap. LXVII.

PRiuatæ œconomiæ uis tota in cōiugio est, unde Metellus Numidicus censor, cum populum Romanum ad matrimonia capessenda adhortaretur: Si sine uxore possemus Puirites esse, inqt, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis cōmode, nec sine illis ullo modo uiui possit, saluti perpetuæ potius, quam breui uoluptati consulendum est: hæc ita narrat Aulus Gellius. Neque enim sine uxore ulla domus aut res domestica stare & durare potest: nam sine uxore nec extendi progenies, nec uocari hæres, nec appellari hæreditas, nec esse propinqui, nec familia, nec paterfamilias dici potest. Qui uxorem nō habet, domum non habet, quia domum non figit: & si habet, moratur in ea ut peregrinus in diuersorio: qui uxorem non habet. si locupletissimus sit, nihil fere habet quod suum sit, quia non habet cui possit relinquere, nec cui confidere. omnia sua patent insidijs, furantur illum serui, defraudant socij, contem

Sine uxore dom9 deserta est.

nunt uicini, negligunt amici, insidiātur propinqui: filii, si quos habet extra coniugium, sunt sibi ignominiæ, neq; nomen familię, neq; auorum imagines, neq; opes suas uetantibus legibus illis relinquere potest: ipseq; simul ab omnibus publicis muneribus, & honoribus legislatorum omnium consensu propulsus est. Neq; enim dignus est regere ciuitatem, qui domum regere didicit: nec gubernare rempublicam, qui priuatam & familiarem nunquam cognouit, quę est illius uerissimum exemplar & imago. Nouerant hoc Græci, qui cum Philippus Macedo dissidentes eos pacare studeret, & Leontinus Gorgias de græcorum concordia librum recitasset in olympia, utrunq; respuentes irriserunt, q̃d alios concordare studerent, qui domi suæ nullam concordiam stabilire possent. Erant enim Philippo domi dissidentes filius & uxor, Gorgiæ autem uxor & ancilla, quorum ergo præsumpta prudentia & autoritas domesticas rixas sedare non poterat, nec illos exteriores discordias sapienter posse componere putabant. Qui igitur ciuitati & reipublicæ præficitur, nisi seipsum & domum suam remque priuatam regere sciat, is plane inauspicato præficitur. Denique hic unicus uitæ status est, in quo homo in diligenda uxore, educandis liberis, & regenda familia, tuendis rebus, gubernando domicilio, propaganda progenie, uitam omnium ducere potest felicissimam: in qua si quid cadat oneris & laboris (cadunt autem permulta, neq; uero uita ulla sua cruce caret) certe hoc unicum illud onus leue, & suaue iugum est, quod in coniugio est, si modo tales sint coniuges,

quos non auaritia, non fastus, non dolus, nō fraus, non insana libido, sed deus ipse cōiunxerit, ut relinquat homo patrem & matrem & filios & fratres et affines, & adhæreat uxori suę, cuius amor omnium aliorum dilectionem superare debet. Sic Hector uidens excidendum Ilium, non parentum, nō fratrum, non suiipsius solicitudine angitur, quantum charæ coniugis. Sic enim ait apud Homerum:

Haud equidem dubito quin concidet Ilium ingens,
Et Priamus Priamiq́ ruet plebs armipotentis,
Sed mihi nec populi, nec charæ cura parentis,
Nec Priami regis tantum præcordia rodit,
Nec Germanorum, quamuis multiq́ probiq́
Ense sub hostili uitas in puluere ponent,
Quam me cura tui coniunx charissima uexat.

Fateor peruersas nuptias multas comitari angustias, & mala multa, cuiusmodi quondam recensuit Socrates, perpetuam solicitudinem, excruciātem zelotypiam, contextum quærulatum, exprobrationē dotis graue affinium supercilium, alieni matrimonii, subcensuras, uarios sumptꝰ, incertos liberorum euentus, nōnunquam orbitates, interitum generis, hæres alienus, & dolores innumeri: adde nullā uxoris electionem: sed qualiscunq́ euenerit habenda, si iucunda, si stulta, si peruersis moribus, si superba, si sordida, si deformis, si impudica: q̃dcunq́ uitii est, post nuptias discitur, uix aut nunquam emendatur. Sunt peruersarum nuptiarum non modica exempla. Marcus Cato Censorius, ætate sua Romanæ reipublicæ facile princeps, & qui bello & pace parem uix habebat, cum iam senex Salomoni cuiusdam ui-

ri inopis & obscuri filiam adolescentulam duxisset uxorem, illa sese contumaciter gerente, domi suæ omni autoritate carebat. Tiberius cum Iuliam Augusti filiam manifestis adulterijs infamem haberet uxorem, eamque nec castigare, nec deferre, nec repudiare, nec retinere auderet, Rhodū secedere non sine famæ ignominia uitæque periculo coactus est. M. Antoninus Philosophus, Antonini Pij filia Faustina in uxorem accepta, adulteram illam, ne de dote & imperio in certamen ueniret, retinere coactus ē. Verum omnia hæc incommoda non tam uxorum, quam maritorum culpa proueniūt: nullis enim nisi malis maritis uxor contingere solet improba. De ijs ita philosophatus est Varro apud Gellium, inquiens: Vxoris uitium aut tollendum, aut ferendum est. qui enim tollit, hanc sibi cōmodiorem pstat: qui fert, ipse sese meliorē reddit. De ijs in declamatiōe nr̄a de sacramento matrimonij latius locuti sumus. Iam uero & filiorum educatio non omnibus recte cedit, quorum plurimi male audientes, uel rebelles parentibus, alij eisdem etiam infesti, alij insani & uecordes contingunt, alij hebetes & crassi, alij per uitiorū oīm præcipitia uitam agunt, & patrimonia luxu, libidine, & alea euertunt, alij parricidæ, q̄les Alcmeon & Orestes & P. Malleolus, q matrem occiderunt. Ipse etiam Artaxes Mnemon, susceptis centum & quindecim liberis, magnam eorū partem illi insidias parantem de medio sustulit. Quocirca non nescire Euripedes ait, & noster Bernardus assumpsit, bonū esse incognitū, carere liberis. Ipse etiā Augustꝰ felicissimus impator, propť filiā & neptē

Mala filiorū educatio

sępe Homericũ uersiculum exclamare coactus est:
Coniuge non ducta, natis utinam caruissem.
De seruis etiam ait Euripides: Domi nullus maior inimicus, neque peior, neq; inutilior seruo. Et Democritus inquit: Seruus necessaria possessio, non autem dulcis. Et Petrarcha alicubi scripsit: Sciebam mecum canibꝰ uiuere, uerum uenatorẽ esse, nisi admonitus nesciebam. Serui uocantur canes, sunt mordaces, sunt gulosi, sunt latratores, Plautus in Pseudolo naturas eorum ijs uerbis exprimit: Plagigera hominum genera, quorum haud quicquam in mentem uenit ut recte faciant, at cum est occasio data, tene, clepe, rape, hoc est, est, eorum opꝰ, ut maueIis lupos apud oues relinquere, quã hos domi custodes. Et Lucianus in Palinuro ait: Seruorum in dominos semper prompta maledicta, furta, impositiones, fuga, arrogantia negligentia, temulẽtia, edacitas, somnolentia, tarditas, ignauia. Hinc iactatum illud ꝓuerbium: Totidem domi hostes habemus, quot seruos. Sed nos illos sępe non tam habemus hostes, q̃ facimus, cum in illos superbi, auari, contumeliosi, & crudeles sumus, & domi induimus animos tyrannorum, & non quantum decet, sed quantum lubet exercere uolumus in seruos. De ijs ita loquitur Strophilus seruus apud Plautum in Aulularia.

Prouerbium

Inique domini seruis utuntur suis,
Et serui inique dominis nunc parent suis:
Sic fit neutrobi, quod fieri iustum foret.
Penum, propinas, cellas, promptuarias
Occludunt mille clauibus parci senes,
Quæ uix legitimis concedi natis uolunt.

Serui furaces, uersipelles, callidi,
Occlusa sibi mille clauibus reserant,
Furtimq́ꝫ raptant, consumunt, liguriunt,
Centena nunquam furta dicturi cruce.
Sic seruitutem ulciscuntur serui mali,
Risu, iocisq́ꝫ, sic ergo concludo, quod
Seruos fideles liberalitas facit.

Multæ respublicæ olim à seruis ingẽtia mala perpessæ sunt, testantur id seruilia bella à multis historicis descripta, sed Volsinensium urbis opulenta diuitijs, ornata moribus & legibus, olim seruorum insolentiæ miserabile spectaculum præbuit, quæ ubi cum seruis laxis frenis familiatius egisset, nonnunquam etiam consilijs admisisset, tandem senatorum admodum pauci ordinem intrare ausi, mox uniuersam rempublicam occupauerunt, testamenta ad arbitrium suum scribi iusserunt, cõuiuia cætusq́ꝫ ingenuorum fieri uetabant, ducebant filias dominorum, postremo lege sanxerunt, ut stupra sua in uiduis pariter atꝫ innuptis impunita essent, ac ne qua uirgo ingenuo nuberet, cuius castitatem nõ ante aliquis de numero ipsorum delibasset, sic opulentissima urbs, & quæ caput Gatiæ habebatur, ob nimiam in seruos indulgentiam clementiamq́ꝫ, in ꝓfundum iniuriarum & turpitudinis decidit. Sublata eñi seruorum disciplina, (ut inquit Aristoteles in politicis orationibus) domini in insidias ueniunt, sicut Helotæ in Lacedæmonins, & Prænestæ in Thessalos fecerunt,

De œconomia regia siue aulica.

Capit LXVIII.

Regia œconomia.

SVperest ut regiam œconomiam, hoc est, aulicã, breuiter explicemus. Est igitur reuera aula nil aliud quàm collegium gigantum, hoc est, nobilium famosorumque nebulonum conuentus, theatrumque pessimorum satellitum, morum corruptissimorum schola, & execrabilium scelerum asylum: ubi superbia, fastus, rumor, rapacitas, libido luxus, liuor, ira, crapula, uiolentia, impietas, malitia, perfidia, dolus, malignitas, crudelitas, & quęcunque uspiam sunt uitia, moresque corruptissimi habitant, imperant atque regnant: ubi stupra, raptus, adulteria, fornicationes principum & nobilium ludi sunt: ubi etiam principum regumq́ matres nõnunquam filiorum lenæ sunt, ibi scelerum omnium procellę, uirtutumque omnium inenarrabile naufragium: ꝓbus quisq́ illic opprimit, pessimus quisq́ prouehitur, simplices irridentur, insti persequuntur, audaces & impudentes eriguntur. Soli illic ꝓsperantur adulatores, susurrones, detractores, renunciatores, calumniatores, sycophãtæ, pseudoli, famicidæ, supplantatores, inuentores malorum, cæteriq́ tẽpestatum populi, quibus peruersissima quæque facinora in professo sunt: quorum uita oĩs turpissima, q̃cq̃d uspiam est teterrimarum beluarum peruersitatis, tota hæc & omis in aulicum gregem, quasi in unũ corpus confluxisse uidetur: illic ferocitas leonis, sęuitia tigridis, truculentia ursi, temeritas apri, superbia equi, rapacitas lupi, obstinatio uituli, fraudulentia uulpis, uersutia chamæleontis, uarietas pardi, mordacitas canis, desperatio elephãtis, uindicta cameli, timiditas leporis, petulantia hirci, immundi-

tia suis, fatuitas pecudis, stoliditas asini, scurrilitas simiæ: ibi furentes Centauri, ibi perniciosæ Chimeræ, ibi insanientes Satyri, ibi fœdæ Harpiæ, ibi improbæ Sirenes, Scyllęq; biformes: ibi horrendi struthiones, ibi uoraces griphi: auidiq; dracones, & quicquid fatalium monstrorum, infelicisq; portenti usquam stupet coacta natura, illic habitat atq; uisitur: omne uirtutum genus suos patitur carnifices atque tyrannos. in summa aut nequitiæ, malitiæ, impietate insistendum, aut aula cedendum. Non impune licet, nisi cum fatis: exeat aulę, qui uult esse pius. Nullum ciuitatibus exitialius malum contingere potest, quàm potentis principis aula. Hæc ubi mouetur, tanquam cometes malorum omnium prænuncia, ac ueluti contagiosissima pestis, quocunq; applicat, perniciosissimam cladem secum fert: undecunque migrat, insanabilia, ueluti eorum quos rabidus canis momorderit, relinquit ueneni sui uestigia. Comitatur illam perpetua rerum caritas, dum quisque ex ea lucrum captare nititur, ex aucto rerum precio, quod nunquam postea remitti potest magno detrimento: Comitatur & luxus cibariorũ: quo introductis peregrinis epulis, populus ipse patrios fastidire incipit, passimq; popinæ & gulæ indulgens, res suas turpiter absumit. Comitatur & fastus, quem dum ciues mulieresque imitari conantur, & singulæ domus dispositionis suæ formulam habitumq; inde mutuantur, omnia sua in uestes & pompam profundunt. Sequitur corruptio morum, introductis pessimis uitijs, pniciosissimum malũ. Iam uero recedens e ciuitate aula, heu quàm fœdam

caudam post se relinquit: hi adulteratas competiũt uxores, illi stupratas, & uel abductas in scorta filias, alij supplantatos filios, alii corruptos seruos & ancillas. Quid multa? fit luctus ingens, totaque ciuitatis facies immutata facta est, sicut facies meretricis. Scio ego famosam Galliarum urbem ea causa sic peruersam, ut uix aliqua ibi matrona pudica sit, uix filię nubant uirgines: quin & palatinum scortum fuisse summi honoris est, & seniores matronę iuniorum lenę sunt: eaque turpitudo sic inualuit, ut nullus uerecundiæ locus sit. uix maritis ipsis uxorum meretricatus curæ est, modo (ut ait Abraam ad Saram) bene sit illis propter illas, uiuantque lautę ob gratiam illarum.

De *nobilibus aulicis*. Cap. LXIX.

Aulici nobiles

AVlicus populus duplex est: Priores partes tenent satrapæ, nobiles inquã illi Thrasones, qui fastu, luxu, & põpa insaniũt, induti purpura & bysso, & opere plumario, uestibus deauratis, & circundatis uarietate, quibus

Scorta placent, fracti curuiq; e corpore gressus,
Et laxi crines, & tot noua nomina uestis.

Hi uires omnes in Venerem frangunt, tum illorum ingeniosa gula & gustus, per omnia cultum quærunt, epulantũ splendide, dant & accipiunt conuiuia. Inter hos laudi plerunq; ducitũ, si illustri cõuiuio sic sua prodigant semel, ut trimestri toto impudenter mensas circumeant alienas. Ad istos undiq; confluunt citharedi, tibicines, & omne genus musicorum, mimi, histriones, parasitę, meretrices, lenones, salta

torés, uenatores & huiusmodi prodigia hoīm alunturq́ canes, equi, lupicernarij, accipitres, cæteræq́ armatæ aues, simiæ, psitaci & si qua monstra sunt ac naturæ ꝓbra, ursi, leones, leopardi, tigrides. Colloquia eorum meræ nugę & ociosæ fabulæ, obtrectant, deferūt, effutiunt, mentiunt, ac uera falsis cōmiscent. hi de canibus, de uenatibus, de syluę ambitu, de ambage lustrorum, de uenationum euentibus multa fabulantur: illi de equis, de militia, & fortiter ab se factis multa mentiunt. Sed adest qui inuideat æmulus, aliorum sermones obstrependo discutiat, alias inferendo nugas, & quæ sibi putet laudem gignere, sua insolenter narrabit facinora: hunc alius sæpe de mendacio conuincit, & uariis scommatibus explodit, unde totum tunc conuiuii colloquium frequenter in iram & contumeliam definit, & uelut in centaurorum conuiuiis Bacchi munera non cessant, donec eliciant sanguinem. Ita & in istorum aulicorum conuiuiis sæpe hospites redeunt cum cicatribus, ac si hoc edicto inuitati uideantur.

Aulicorum colloq.

Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate uiri, & pugnam sperati parati.

Proinde uero summa istorum disciplina est, obseruare tempora principum, ne quid intempestiue illis ingerant, eaq́ non ab astris, à cœlis, ab ephimeridibus captant, sed à uino, à prandio, à conuiuio, à uenatione, ab accubitu, dum exhilaratus est princeps, & uoluptatis alicuius compos, & quos alios molles aditus & tempora norunt: tunc nouitatum rumusculos primum aspergunt, quibus principis aures titillant: deinde paulatim ad ea quæ cupiunt procedunt,

inscriptum à natura sua habentes Aristotelis ad Calisthenem discipulum consilium, hortantis, ut cum rege aut nunquam aut iucundissime loqueretur, quo scilicet apud regias aures, uel silentio tutior uel sermone esset acceptior. Quod si tunc cuiuis illorum princeps aut rex arriserit, & ad id quod loquitur annuat, si gratum quid quod dixerit aut fecerit, si illi quid crediderit, si illum confabulatorem secum secreto abduxerit, atque alijs non ita, profecto magnus tunc erit ille in oculis hominum, iamque omnia audebit, mordebit omnes, ridebit omnes, floccipendet omnes, detrahet clanculum, reprehendet palam, loquetur grandia: nihil non audebit, quo metuant eum omnes: conculcabit inferiores, contemnet pares, superiores dedignabitur, honorem & adorationem exiget, etiam per contumeliam, totus tumet & effertur & potentiam adfectat.

Libertas scelerum, est uirtus & summa potestas.

Quisquis illi non arridet, non applaudit, etiam cum malefecerit, ilico reus est: nam aut fortunæ eius inuidere, aut officio eius non deferre iudicabitur, neque ij tunc solum paribus inferioribusque infesti sunt, sed & principibus ipsis sæpe perniciosissimi, quibus se ueritatis, prudentię, correptionis, & consiliorũ imagine perditissime adulantur, & in nefanda scelera sępissime impellunt: quemadmodum apud Lucanum Curio instigat Cæsarem:

Quid tam lenta tuas tenuit potentia uires
Conquerimur, deerat ne tibi fiducia nostri?
Dum manet hic calidus spirantia corpora sanguis:
Et dum pila ualent fortes torqueri lacerti.

Degenerum patiere togam, regnumq́ senatus?
Similes Alexander Magnus habuit instigatores, qui illum suapte natura insanientẽ, magis magisq́ in bella & cædes incenderent. Tales habuit & Roboam Salomonis filius consultores, tales habent et nostri seculi principes, qui morem gerentes illorũ cupiditatibus, illis ad omẽ scelus parent, hortãturq́ aut sic dissuadent, ut fortius impellant, dum rationes suas tam futiles & infirmas opponunt: ut sic se conuictos passi, credulorum principum confirmẽt errorem: utrobique sic decipientes, ut non possint argui, sed de proditionis perfidia insuper gratiam mereantur. Tales hodie habet Gallorum rex Franciscus, ad mala consilia nimium promptos, qui illũ contra Cæsarem in omnem perfidiam ac tyrannidem libenter impellerent: atq; ij interim optimi habentur atq; fideles. Hæc de nobilibus aulicis hactenus, quorum qui unum offenderit, omnium cæterorum reus est.

De plebeijs aulicis. Cap. LXX.

SVnt adhuc quidam plebeij aulici, homines improbi animi, qui nulli in uita præesse sciunt, sed ipsi subiectione continua gaudent. ij circũeunt nobilium domos, illisque parasitantur, mensis uiuentes alienis.

Et bona summa putant aliena uiuere quadra.

Om̃ibus idcirco obsequuntur, om̃ibus adulantur, om̃ibus parasitant, & oĩbus om̃ia fieri student, plures q̃ Protheus species mẽtientes, atq; in plures formas sese uertentes, quo potentiorum fauorem sibi

concilient, conuiuarum sermones explorare studẽt, ut habeant quod renuncient: dissidentium autem secretos rumusculos uulpina astutia inquirũt, eosdẽq; nunc ad amicos, nunc ad inimicos perferunt, utrisq; se gratos pbentes, dum sunt utrisq; perfidi: eoq; magis proditionibus idonei, q̃ ob imaginem simplicitatis minus habeant suspecti. Quũq; nullũ facinus sceleratius habeat q̃ proditio, nullũ tñ ad diuitias & dignitates in aula cõparandas utilius ac cõpendiosius, ipsisq; aulicis, etiam regibus acceptũ gratũq; magis, adhærent itaq; nobilium liminib9 &c.

Iuuenal: satyra 3 Scire uolunt secreta domus, atq; inde timeri.

Quod si semel fuerint turpitudinis aut proditiõis alicuius cõscij, iam euaserunt, iam caput extulerũt.

Eadẽ satyra. Nam Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo uis

Accusare potest.

Iam familiaritas, imo necessitudo quædam nobiliorum contracta est, qua freti ad ea quæ desiderãt facile accedunt. Primum itaq; quærunt ut in matricula aulicorum inscribantur, idq; illis uel sine stipendio satis est, siquidem sola inscriptio etiam absque salario quęstuosa est, & suam prædam habet: deinde potentes quoscunq; captare non diffidunt, quos tunc solicitant blanditiis, instant obsequiis, & se muneribus ingerunt rõne cõsortii, aut alia q̃uis arte, et quæcunque ab aliis aut piculorũ metu, aut laborũ intolerantia, aut lucri penuria relinquunt, isti auidissime q̃runt, uigilant dies & noctes, peregrinant, & susceptas ferunt, referuntq; legatiões & literas, labores immensos aggrediuntur & perferunt, & Audent quid breuibus Gyaris & carcere dignum.

donec ijs meritis aut scrinijs præficiantur aut consi
gnandi suscipiant officium, aut ærarij custodiā ob-
tineant, aut census uaria ratiocinia illis committan
tur. Iamq́ egressi laborum angustias, nullum obse
quium eorum amplius gratuitum est, sed oĩa de-
inceps ad prætia uenalia habent: & cū nouo hono-
re mutatis morib. omniū q̄ retro sunt obliti, in an-
teriora tēdentes, priora sua contēnunt, ulteriora cō
cupiscunt, auaritiaq́ cōtracti ad p̄dam strepitumq́
lucri oĩa uertunt, fide parci, uerborū prodigi, blādi
pariter & insidiosi, sermone obscuri, & oraculorū
instar ambigui, quicquid uidēt, quicq̄d audiūt, quic
quid dr̄, quicq̄d agit, coniectant oĩa in peiorem
partē, sibi soli fidunt, se solos amāt, sibi soli sapiūt,
nullius fidei aut amicitiæ credūt, soliditatē nullam
nisi lucri causa colunt, cōmodum propriū oĩbus
p̄ferunt, amicos, hospites, propinq̄s, socios, q̄cunq́
lucrum nō adferunt, tanq̄ steriles arbores despici-
unt, pristinos sodales, si quis eorū occurrat p̄tere-
unt, q̄si ne norint quidē: si q̄s illorū implorat opē,
hunc uerbis & promissis abūde pascunt, plusq́ ꝓ-
mittunt q̄ præstant si nihil attulerit, auxilio desti-
tuunt, & uel causa spoliant, grām oēm uenalem ha-
bent uirtutē oēm contemnunt, aliorūq́ laudes di-
uersis sententijs frangunt, & post terga artificiose
cuilibet detrahunt, ipsi neminem sine exceptiōe lau
dant: quemadmodum orator ille, Iulium fortuna-
tum (aiebat) fateor uirum fortem, & quæ cōstat stre
nue egisse q̄ plurima, quo tñ pacto iudicium repe-
tundarum apud iudices iustos euaserit, mirarer qui
dē, si uis eloquij eius mihi esset incognita. Et alius:

Felix & nato, felix & coniuge Proteus
Et cui, si demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant.

Præterea aulicis muneribus uulturum instar semp inhiant, undecunq; uenantur prædam, eamq; quib, possunt, ueluti Phineo obsoniũ, uel ipsis è faucibus Harpiarum instar, præripiunt. Aemulorum calamitatibus gaudent, nullius malo compatiuntur, nulli promissa se debere putant, nisi pro sua libidine, nulli gratiam referunt, sed omnes pariter aut beneficio indignos iudicant, aut negligentia prætereunt, nõnullos odio compẽsant: sed in odio gratiam fingũt & dissimulant iram: præter principem aut regẽ nullum alium obseruant, aut uerentur: sed ne hos qdẽ, nisi aut metu, aut ꝓ compendio. Cumq; iam ad canos usq; in proditionibus, in fraudibus, in ærumnis & laborib. uersati, anxiis his sordibus ingẽtes opes sublimesq; honores corripuerunt, tũc fasq; nefasq; confundunt, ut filios non tam honoris q̃ rapinæ simul & iniquitatis relinquant hæredes.

Sic serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis,
Sic leporem aut capreã famulæ Iouis, & generosæ
In saltu uenantur aues, tunc præda cubili
Ponitur, inde autem cum se matura leuabit
Progenies. stimulante fame festinat ad illam,
Quam primum rupto prædam gustauerit ouo.

Atq; hæ sunt plebeiorũ aulicorũ artes, qbus multi ex infima hoĩm fæce ad amplissima mũera, quæsturas, dignitatesq; conscendunt, proximãq; apud

principes & reges suos autoritatem adepti: diuitias principibus pares conflant, regiaque extruunt palatia: dum interim nobiliores illi aulici sua omnia in scorta, in aleas, in uenationes, in equitia, in conuiuia in pompas, in uestes, in fastum profundunt: terras, castra, possessiones, patrimonia decoquentes: quæ tunc plebei isti emunt, in nobilium locum his suis scelestissimis artibus succedentes.

De Mulieribus aulicis. Cap. LXXI.

HAbent & aulicę mulieres sua uitia. Omnino enim nō paucas uidemus corporis dotibus, et formę elegantia spectādas, scitulas & nitidas & uenustas. Insuper uestimentis purpureis & aureis, & gemmeis monilibus exornatas, sed non omnibus est cernere q̄ turpissima monstra sub formosis illis pellibus sępe lateant. Hinc aptissime Lucianus illas Aegyptiis templis cōparat. Illic em̄ ipsum delubrum forinsecus pulcherrimum est simul atque maximum, sumptuosis lapidibus extructum atque compositum, cæterū si intus deum requiseris, aut simiam inuenies, aut ciconiam, aut hircum, aut felem. Ita est de illis aulicis puellis atque dominabus, quæ à prima ętate, à teneris annis, in molli ocio, saltationibus, et omni luxu enutritę, pessimisque disciplinis ex aulicis illis amorum libris, prauissimisque luxus, libidinum, adulteriorū, fornicationū, lenociniorū historijs, comœdijs nouellis, facetijs, cantilenis imbutæ, ueluti ex nutrice pniciosissimos mores suxerūt, leuitatem, insolentiam, arrogantiam, morositatem, impudentiam, obscœnitatem, contentionem, cōtradictionem,

pertinaciam, ultionem, astum, uafriciem, petulantiam, loquacitatem, pcacitatem, & turpem concupiscentiam, habent linguas quibus silentium pœna est, habent labia ad omnem loquacitatem armata, quibus sermones producunt ociosissimos ineptissimosque, & non raro iis qui audire coguntur molestos. Quid enim illas in tam multas horas inter se loqui putabimus, nisi stulta & ociosa? puta quomodo cōponenda coma, quomodo pectenda, quomodo tingēdi capilli, quomodo fricanda facies, qualiter complicanda uestis, q̃ pompa incedendum, assurgēdum, decumbendum: quibus, quo uestitu fas sit incedere: quæ quibus loco cedere debeant, quot inclinationibus salutare, quæ ad quoram oscula uenire fas aut nefas sit, quæ asino, quæ equo, quæ sella, quæ curru, quæ lectica uehi debeant, quæ aurum, quæ gemmas, quæ corallia, quæ torques, quæ inaures, quæ armillas, quę annulos, quę monilia ferre possint, cęteraq; Semiramidarum legum nugamenta. Nec desunt seniores matronę, quæ narrent à quod procis olim adamatæ, quibus muneribus dignatæ, quibus blanditiis ambitæ: hæc de eo loquitur quem amat, altera ægre silet de illo quem odit, & quæuis putat se cum aliarum admiratione dicere, nōnunquam intempestiuis dicteriis, aut impudentissimis mendaciis sermonem insulciunt. Nec desunt inter illas intensissima odia, & acerrima iurgia, calumniæ, detractiones, sycophantiæ, & quæcunq; sunt malæ linguæ uitia: habent ocellos, habent uultus, habent uisus plena illecebris, habent nutus, habent gestus plenos lasciuia, habent astus, habent uerba quibus deci

Matronarum controuersiæ.

piendos ꝓcos solicitant,& munuscula extorquent,
si illis annulus est, si gemma, si monile, si catenula,
quicquid id est, subtrahunt blanditiis, aut extorquẽt
precibus, redduntq́; pro illis basia, suauia, oscula,
amplexus, contactus, confabulationes, quę illis pub
lica merx & aulici amoris alimenta sunt. Pudet re-
ferre quæ secreta intra cubile probra sæpe geran-
tur, consecrato Hymenæo naturæ cõtumelia, quæ
cum uestem induerunt, omnia contexisse & occuluis
se existimant: tales itaq; qua fide & integritate po
stea erga maritos putabimꝰ futuras uxores? O quan
to dolore afficiũt bonos coniuges, dum genus, dum
dotem, dum formam, dum aliena matrimonia illis
continuo obijciunt, & iurgijs ac contumelijs obtun
dunt uiros, conqueruntur semper, dum domesticam
& frugalem mensam spernunt, & aulicum luxum
uiris exprobrant, ac delicijs & pompa assuetæ, orna
mentorum ambitione exhauriunt illorum opes, la-
befactant domos, nõnunquam ad turpes & malos
quęstus miseros maritos impellunt, q̃bus dies no-
ctesq; insidiantur mille fraudibus, simulatione, ꝑ
ditione, hypocrisi. Taceo externos amores, occulta
adulteria, suppositìtios partus & alieno semine cõ
ceptas proles: quod si semel ad odium uertantur, ze
lotypiam parabũt, aut uenena: Familiares enim (ut
ait Hieronymus contra Iouinianum) malarum fœ-
minarũ artes sunt, doli, fraudes ueneficia, mala me-
dicamenta, & magicæ uanitates Sic Liuia uirum su
um interfecit, quem nimis odit, Lucilia suum pere-
mit zelotypia: illa sponte miscuit aconitum, hæc im
proba furorem ꝑ amoris poculo propinauit. Adeo

Superbę patronarũ iactationes in maritos suos.

tutius est (quod ait Ecclesiasticus) cōmorari leoni & draconi, q̃ cum muliere nequam. Quisquis morigeram cupit habere uxorem, ne ducat talem alicam: Quæcũq; mulier uelit probum habere maritum, ne nubat aulico. Sed iam nimium ꝓgressus est cum lingua sermo, dixi tamen, & iam non dixisse non possum. Cæterum aũt ponam manum meam super os meum, & ijs alia non addam, quin de aula mō egredientes, reliquas œconomicę partes, & quas diximus mechanicarum potiores disciplinas, mercaturam, agriculturam, militiam, & reliquas examinemus.

De mercatura. Caput LXXII.

Mercatura.

MErcatura ipsa quidem latentium lucrorum astutissima indagatrix, manifestę prędę auidissima uorago, nunquam habendi fructu fœlix, semper autem quærendi cupiditate miserrima: hanc tamen non modico reipublicæ auxilio esse, & ad externorum regum, populorumq; amicitias contrahendas accommodam, atq; etiam priuatæ hominum uitæ perutilem, ac quodãmodo necessariam plerięq; arbitrati sunt: quin & Plinius illã uictus causa inuentam putat, quocirca etiam multi illustres simul ac sapientes uiri hãc exercere non sunt aspernati, cuiusmodi (teste Plutarcho) fuere Thales, Solon, Hippocrates: uerum sicuti quascunq; scientias & artes alias propter uoluptatem admittimus, alias propter laborem æstimamus, alias propter uirtutẽ honestatemq; sectamur, alias propter ueritatẽ iustitiamq; ueneramur, non tamen omnes illæ quamuis necessariæ, lucrosæ, iucundæ, laboriosæ, idcirco sta-

tim honestæ laudabilesq; ac iustæ sunt. Sic & mercatorum, institorum, fœneratorum, trapezitarum, colybistarum exercitia necessaria, utilia, & laboriosa sunt, tamen illiberales, sordidi & improbi quæstus uocantur: quia illorum operosæ fraudes, non artes uenduntur emunturq;, quod quidem (ut ait Cicero) non apti, non simplicis, non ingenui, nõ iusti, non boni uiri, sed uersuti, obscuri, astuti, fallacis, & callidi officium est. Mercatores enim omnes & institores hic emunt, ut alibi carius, & supra sortem uendant: atq; ille melior qui lucratur magis, quibus passim peculiare est mentiri, peierare, fraudare & imponere, nec ulla illis lucrandi ratio turpis: quin & legibus id sibi licere dicunt, decipere secum contrahentes ad dimidium iusti precij. Nec dubium esse potest, cum omnis eorum uita ad quęstum, ad lucrum, ad diuitias adornata sit, illos earundem occasione turpia plurima, & dignas supplicio fraudes committere. Nulli enim sine fraude ditescunt, & (ut ait Augustinus) lucrum habere non potest, nisi fraudem fecerit. Et plenius æquo Laudet uenales, quas uult extrudere, merces. Et alius Poeta canit: Mercatorũ & Institorũ iex.

Periurata suo post ponit numina lucro
Mercator, Stygijs non nisi dignus aquis.

Hinc emit ille, uendit alter, hic portat, ille asportat, hic creditor, ille debitor, hic soluit, ille recipit, alter rõnes scribit, oẽs aũt peirant, fraudant, fallunt, nec aĩę nec corporis, nec fortunę ullũ piculũ excludũt, mõ lucrũ sperãt, nec cognatiões, nec affinitates nec amicitias ulla fide, nisi sola utilitate colũt, sicq; oẽs

per omnem ætatem post lucrum, post diuitias currunt, ac si alibi laborum requies uitæq; solatium nequeat inueniri.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Fraudes mercatorum.

At uero cuiusmodi fraudes committant mercatores in lana, in lino, in serico, in pãno, in purpura, in gemmis, in aromatibus, in cera, in oleo, in uino, in frumento, in eqs, in animalibus, deniq; in oĩm mercium genere, nemo est q nesciat, q non uideat, q non palpitet: ni si qui forte illorum damna non senserit, Atq; hæc minora mala sunt, longe his maiora supersunt. Ipsi sunt qui inuectis damnosis mercibus, & quæ ob raritatem uel delicias à mulieribus & pueris appetuntur, & quæ ad nullam uitæ faciunt necessitatem, sed duntaxat ad luxum, ad pompam, ad fucum, ad ludum, ad mollitiem, ad uoluptatẽ, ab ipsis usq; terræ finibus, ueluti laqueos importantes, Prouincias ac regna quotãnis immẽsa spoliant pecunia, corrumpunt bonos mores, introductis peregrinis uitijs: ac sublato patrio ritu, semper nouis & externis rebꝰ studentes, eam per ditissimis implicant consuetudinibus. Ipsi sunt qui initis sodalitijs, contra ius, fas, & leges monopolia exercent, omnia tentantes, excogitantes, explorantes quibus multitudinis opes ad se contrahant, dum collectis pecunijs alios uincunt, alios præueniunt, alios exaucto rerum precio deterrent ac soli emunt omnia, quæ deinceps ꝓ suo libito soli uendunt quàm maximi. Ipsi non raro ingenti ære alieno cõsarcinato, constituto alibi domicilio, inde uero prostituta fide, uerso solo, ꝓfugi &

sero aut nunq̃ redeuntes, creditores fraudant, & ad desperationem ac laqueũ adigunt. Ipsi sunt qui chirographis & obligationibus implicant & explicãt ciues, debitorũq; radices adeo profundas, laboriosas, funebres & ineuitabiles plantantes, ut euelli nequeant, sed in gyrum pullulantes, & ex debitis debita germinantes, ciuitates suffocant & euertunt, ipsi interim in fœnori & usuris incessanter dediti, totius plebis substantiam deuorant, ipsi nonnunquã numismata præcidunt, semper autẽ monetę ualorem utcunq; suo lucro conducere uisum est, nunc intendunt, nunc remittunt, non absq; totius reipub. detrimento. Ipsi explorata principum secreta, ciuitatumq; consilia, & patrios rumores hostibus renuntiant, nonnunq̃ etiam pacta mercede principũ uitæ insidiantur, ac nihil non pecuniæ studio attentantes, facientes, patientes, & uenale habentes. Omne eorum institutum non nisi mendatia, fuci, sermonum nebulæ, explorationes, insidiæ, fraudes, deceptionesq; manifestæ. Hinc Carthaginenses mercatoribus distincta statuerunt diuersoria, nec ea illis cum ciuibus uolebant esse communia: cæterorũ patebat illis in forum uia. Ad naualia aũt & secretiora urbis loca, ne aspectus quidem concedebatur. Græci aũt nequaquam intra urbes recipiebãt, sed quo ciues a periculi suspitiõe essent immunes, a pomeriis non longe forum uenalium statuebant. Pleręq; aliæ gentes, mercatores ad se accedere prohibuerunt, quod mores deprauarent. Epidaurij (teste Plutarcho) cũ ciues suos Illiricorum commercijs improbos fieri animaduerterent, ueriti a peregrinorum contagione, corruptis ciuium suo-

rum moribus, res nouas ciuitati suæ excitari. unum inprimis grauem & circũspectum ex omni ciuium multitudine uirum, in singulos annos eligebant, q ad Illirios accederet, & quæ quisq; suorum mandasset mercaretur atq; contraheret. Vituperat mercatores Plato, quod optimos inquinent mores, & apud bene constitutam rempublicam lege cauendum censet, ne externarũ gentium delitiæ in urbẽ comportentur, ac ne quis a ciuibus minor quadraginta annis peregre ꝓficiscatur: exteri aũt ad suos remittãtur, eo quod istiusmodi peregrinorum contagijs, ciues ueterem patrũ parsimoniam, priscosq; mores dediscant, & odisse incipiant: ex quo uno urbes plerunq; reddũtur deterrimæ, omniq; fornicationum, adulteriorum, luxus & libidinum gñe inquinatissimæ: cuiusmodi Lugdunũ & Antuuerpia famatissima hodie mercatorũ emporia, de se exẽpla prębẽt. Ipse etiã Aristoteles, iubet omino curam habendã ne qd ciuitates aduentitiorũ admixtione uitientur, mercatores aũt et si sunt necessarij, non tñ in ciuium numero recipiendos: quos ideo etiã detestatur maxime quod gaudeant mẽdatijs, & in ciuitatibus fora uexãt, tumultus excitant, seruntq; discordias. Quin apud plerasq; respublicas antiqua lex erat, ne quis mercator magistratum gereret, nec in senatum, nec in consiliũ admitteretur. Porro mercatura a theologicis sententiis plane damnata est. & a canonicis decretis, autoribus Gregorio, Chrysostomo, Augustino, Cassiodoro, Leone, omnibus uere Christianis interdicta. Nam (ut ait Chrysostomus) mercator deo placere non potest. Nullus ergo Christian9 fit mercator, aut si esse uelit, proiiciatur ab ecclesia, Augu

stinus quoq; mercatores pariter ac milites, ait ueram pœnitentia agere non posse.

De quæstura. Caput LXXIII.

Mercatoribus nō multo meliores sunt quęstores, furax quoddā hominū genus, & ut plurimum seruile ac mercenariū, aut quod sub stipe operam locatit, rude ac ignauum, sed audax, ac impudens, nec nisi tenuia quædam artificia, qualia par est tales homines nosse, didicit: scribēdi uidelicet & supputādi, maxime autem furandi formulas, haud inscitas, ingeniosiores q;, q̄ quę in uulgares competant latrones. Ideoq; omnium qui uiuunt hominum furacissimi sunt, & a solis digitis, quibus talenta & miliones supputant, opulenti, q̊s adeo uiscosos habent, ac infinitis uncis hamis sic imbutos, ut pecunia omnis, quantumcunque leuis, fugax, labilis, anguillarum & serpentum instar lubrica, ab his contacta illico hæreat, neque facile queat auelli. Hoc ipso tamē minus mali sunt cum quod non nisi regum principumq;, ac potentum ærarijs insidiantur, tum quæ inde suffurantur, in scorta, in aleas, conuiuia, ædificia, atque alendis parasitis, equis, canibus, histrionibus, equis, canibus, non illibenter expendunt. Aut seniores, prudentioresq; facti, nō raro filios nobis tales relinquunt, q quæ isti multis experiurijs, rapinis, furtis, flagitijs, paulatim & minutatim corraserunt, cōuiuando, scortando, uenando, aucupando, uestiendo: & ne quicq̄ ad explendas uoluptates omittendo, rursus in multa fragmēta dissecātes, simul omnia, infeliciter pro

fundant. Cæterum uero & questores ipsi fœnus accipiunt, & dona extorquent procrastinando, debita compilant, cum capitaneis colludunt, falsum supputant, chirographa adulterant, & literas effectis sigillis resignant, numismati nonnihil detrahunt, nonnunquam fucato metallo uitiant, ideoque alchimistis plurimum amici sunt, artisque illius ut plurimum sectatores, aut si desit ingenium, saltem fautores sunt. Verum cum dicat Cicero, mercaturam ipsam, si magna sit & copiosa, multa undique apportans, & sine uanitate importans, non esse admodum uituperandam. Mercatores autem & questores tunc posse optimo iure laudari, si aliquando satiati questu, tandem ad colendos agros possessionesque se contulerint. Ideoque de agicultura quid sentiendum sit hic subiungemus.

De agricultura. Caput LXXIIII.

AGricultura itaque, cui & pastio annexa est, & piscatio atque uenatio, tanto apud priscos in honore fuit, ut nec Romanos imperatores, potentissimosque reges & duces puducrit agros colere, semina tractare, arbores inserere. Ad hanc se contulit deposito imperio Dioclesianus, & dimissa regni administratione Attalus, Cyrus quoque magnus ille Persarum rex gloriari plurimum solebat, cum uenientibus ad se amicis hortum ostenderet suis manibus consertum, & arbores sua manu in ordinem positas. Sed & Seneca plantauit platanos, sua manu piscinas effodit, aquas diduxit, nec alibi lubentius erat quam in agris: hinc illa nobilissimarum familiarum cognomenta Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, Pi-

sonum, à multitudine uidelicet horum leguminum.

De Pastura Cap. LXX.

Similiratione à pecorum pastiõibus Iunij, Bubulci, Statilij, Tauri Pomponij, Tituli & vitellij, Porcij Catones & Annij, Capræ orti sunt. Pastores fuerunt Romulus & Remus, Romanæ urbis conditores, e pastoribus ad imperium assumptus fuit Diocletianus. Pastor fuit ipse Romę potentiæ tremendus Spartacus. pastores erant Paris & pater Aeneæ Anchises, & à Venere dilectus formosus Endymion. Polyphemus etiã, & centum oculorũ Argus. Ex ipsis deniq; dijs Appollo Admeti Thessaliæ regis armẽta pauit, & Mercurius fistulæ inuẽtor, pastorũ princeps fuit, atq; eius filius Daphnis. Pan q̊q; pastorum deus, & Proteus pastor atq; deus. Atq; (ut Hebręorum patriarchas, iudices ac reges aliq̃s recẽseã) maximi inter eos uiri & deo gratissimi pastores fuerunt, sicut Abel iustus, Abraham pater multarum gentium, & Iacob pater populi electi: Itẽ Moyses legislator & ꝓpheta deo familiaris, ac Dauid rex secũdũ cor dñi electus. quin etiã apud ueteres Græcos, illustrissimus quisq; pastor erat. Hinc alios polyarnas, alios Polymelas, alios Polibutas appellarunt. uidelicet à multitudine agnorũ, ouiũ & boum noĩa illis imponentes. Sic etiam Italiam à uitulis nuncupatam (quos antiqui Græci Italos uocabant) nemo ignorat. Atqui uterq; Bosphorus Cimmerius & Thracius atq; Aegæum mare & Argos, Hippion nonne à bonis trãsitu, à capris, ab equis dicta sunt? Et Numidia Aphricæ prouintia à pascuis hoc nomen ha-

bet. Prima post Adæ lapsum hominum in terris uita fuit pastorica, hæc nobis præter pecudum carnes uarias, etiam lac, caseum, butyrum, in cibum, ac pro uestitu lanam, pelles, & coria, omnia profecto humanę uitæ cum necessaria, tum utilissima largitur: quæ omnia sed post casum homini concessa sunt, cũ antea ijs solis quæ à terra sponte prodibant, fructibus, Deus illum in paradyso uesci iusserat.

De piscatione. Caput LXXVI.

ACcedunt ad hęc piscatio atq; uenatio. Piscationis studium apud Romanos tanto in precio & celebritate habitũ est, ut peregrinos, & Italis littoribus ignotos pisces e longinquis prouincijs adductos nauibus, in mari Italico tanquam in terra fruges seminarent, arbitrantes non modicã in his reipub. utilitatem uersari. Præterea piscinas & uiuaria præciosissimis piscibus referta, magnis sumptibus instruxerunt, e quibus demũ pleriq; Romani principes familięq; agnominia traxere, ut Linij, Murenę, Sergij, Oratæ. Hinc & Cicero Luciũ Phippum atq; Horensiũ piscinarios appellauit, uidelicet à Piscinis. Legimus & diuũ Octauianũ Augustũ, hamo piscari solitũ, & Neronẽ (scribit Suetonius) piscatũ reti aurato, e purpura & cocco nexis funibus. Modi aũt piscationũ nõ admodũ multi, nã retibus, hamo, nassa, iaculis, rastro, ueneno, quotq; sunt pisces capiuntur. Verum piscatio eo minus laudis habet, quo pisces duri alimẽti, nec stomacho quidem utiles, nec deorũ oblationibus accepti sunt. Nemo enĩ unq̃ piscẽ in sacrificijs immolatũ eẽ audiuit

De uenatica et aucupio. Caput LXXVII.

SImilibus quoqꝫ ꝗbus piscatio ingenijs, cōſtāt uenatio & aucupiū, additis insuper uiribus corporis, & indagine, uarijsꝙ laqueorum, pedicarum, decipularumꝙ ingenijs : adhibitis etiā uisco, aquilis, accipitre, canibus, ac lupo ceruario. & plerisꝙ alijs māſuetis feris rapinę uenationiqꝫ aptis. Ars profecto deteſtabilis, ſtudiū uanum, certamē infœlix, tantis laboribus & uigilijs de nocte ad noctem pugnare & ſæuire in beſtias. Ars crudelis, & tota tragica, cuius uoluptas eſt in morte & en sanguine, quam ipſa refugere deberet humanitas. Hęc ab initio ſeculi ſemper peſsimorum hominū peccatorumqꝫ præcipuum exercitium fuit: nam Cain, Lamech, Nimbrotum, Iſmaelem, Eſaum, robuſtos uenatores, ſacræ literæ prodiderunt, nec ullos in ueteri lege uenaticam exercuiſſe legimus, niſi Iſmaelitas, Idumæos, & gentes quæ non cognouerunt Deum. A uenatione tyrannidi initium fuit, quia cōmodiorem non reperit autorem, quàm eum, qui in cæde & carnificio ferarū, & uolutabro ſanguinis deum naturāꝙ contemnere didiciſſet. Hanc tamen Perſarum reges tanꝗ ueriſsimā rerū bellicarū meditationem coluerunt: quia habet in ſe uenatica bellicum quiddam & truculentum, dum rapacibus canibus obiecta, fera effuſo ſanguine, laniatis uiſceribus uoluptatem pręſtat, acerbiſſimamqꝫ mortem tanquā iocū ſumma cū uoluptate ſpectat: interimqꝫ ridet crudelis uenator, proſtratamqꝫ canum exercitu, aut laqueorum fraude, infelicem prędam, triumphātis

Instar magna comitatus caterua domũ reducit, vbi tunc feralis instruitur carnificina, solenniq́ chironomia, præscriptisq́ vocabulis (neque enim aliter fas est) belua laniatur. insignis profecto venatorũ stultitia, insigne bellum, cui dum nimium insistunt, ipsi abiecta humanitate, feræ efficiuntur, morumq́ prodigiosa peruersitate tanquam Actæon mutantur in naturas belluarum. In tantam quoque plurimi illorum prorupere insaniam, vt hostes naturæ fierent, quemadmodum de Dardano narrant fabulæ. Inuentores tam infelicis artificij extitisse enarrantur Thebani, gens fraude, furtis, periurijs insignis, parricidijs & incestibus detestanda: à quibus eius exercitij præcepta ad Phrygios trãsmissa sunt, gentem æque impudicam, sed stultam atq́ leuẽ, quos idcirco contempserunt Athenienses & Lacedæmonij populi grauiores. Postea vero quam Athenienses interdictæ venationis legem soluissent, artemq́ cum exercitio publice admittentes, in rempublicam suam introduxissent, tunc primum Athenæ captæ sunt. Hinc miror venationem à Platone ipso Academiarum principe commendatam, nisi forte quod euentus aut propositi honestas necessitasve hanc cõmendat, non voluptas: quemadmodum aprum Calydoniæ vastatorem confixerit Meleager, non voluptati suæ, sed vtilitati reipublicæ, patriam abs uastatrice belua liberans. Et Romulus venabatur cervos, non voluptatis causa, sed necessitate alendi sect socios. Est & aliud venandi exercitium, quod aucupium dicunt, minoris quidem crudelitatis, sed non minoris vanitatis, hinc aucupes dicti, quidelicet aut

aues venantur, aut per aues ludentes (quemadmodum ait Baruch propheta) in auibus cæli. Autorem illius ferunt Vlissem, quem primum post captum Ilium armatas edoctasq́ in venationem aues Græciam intulisse narrant, vt videlicet essent nouę voluptatis solatia his, qui amissis parentibus Troiani belli dã na sentirent: tamen filium Thelemachum ab hac viuere iussit expertem. Tandem hæc exercitia, in se re uera seruilia & mechanica, eousque euecta sunt, vt positis quibusque liberalibus studijs, hodie prima nobilitatis elementa sint atq; progressus; illis duci bus ad summum nobilitatis gradum pueniatur: ho dieque ipsa regum & principum vita, ipsa etiam (prohdolor) abbatum, episcoporum, cæterorumq; ecclesiæ præfectorum religio, tota inquam venatio est: in qua se potissimum experiuntur, virtutemque suam ostendunt.

Spumantemq́; dari pecora inter inertia votis
Optant aprũ, aut fuluum descendere monte leonem.

Et quos decet esse exempla patientiæ, quotidie quærunt habere quod vincant & venentur: & quæ natura libera sunt animantia, & decernente iure occupantium fiunt, nobilium tyrannides sibi temerarijs interdictis vsurparunt: à noualibus suis arcentur agricolæ, subtrahuntur prędia rusticis, agri colonis, præcluduntur syluæ & prata pastoribus, vt augeantur pascua feris in sagimen & delicias nobilium, quos solos has edere licet: de quibus si colonus quispiam gustauit, aut agricola, is maiestatis reus factus, simul cum beluis illis fit præda venatori. Scrutemur scripturas, certe in sacris literis,

etiam in gentium historijs, nullum sanctum, nullū sapientem, nullum philosophum legimus uenatorem: pastores uero plurimos, & aliq̃s piscatores. Et Augustinus artem hanc dicit omnium nequissimam, sacraq; Elibitanum & Aurelianense concilia hanc in clero prohibuerunt dānaruntq;, in sacrisq; canonibus non modo prohibetur uenatoribus ascensus ad sacros ordines, sed etiā summi sacerdotij gradus adimit̃ iā adeptus. In eisdē legitur, Esau uenator erat, quoniam peccator erat. Neque uero uspiā uenatiōis uocabulum scriptura sacra in bonum assumit. Quare uenationem ipsam reprobam esse, iam nemini in ambiguo sit, quæ omnium sapientum atque sanctorum turba explosa est atque damnata. Antiquitus etiam cum in innocentia uiuerent homines, nulla illum animantia fugiebant, nulla infesta erant, nulla noxia, omnia illi subdita obedientiam præstabant: cuius exēpla etiam posterioribus temporibus, in his qui optimam uitam agerent, manifesta sunt, quomodo ferarū insidijs superiores extiterunt, sicut Daniel leonibus, & Paulus apostolus uiperæ. Heliam prophetam, Paulum, & Antonium eremitas nutriuit coruus, & Aegidium cerua. Helenus abbas præcepit onagro, & paruit belua, & sancti uiri onera portauit: præcepit etiam crocodilo, & ab eo flumen transuectus est. Anachoritæ multi habitabant in desertis, & stabant in speluncis & cauernis ferarum, non timentes nec leones, nec ursos nec serpentes. Cum peccato enim animalium noxa simul & persecutio & fuga subintrauit & artes uenationū excogitatæ sunt. Non enim (ut Augusti

nus ait tertio super Genesim) animalia fuere à principio producta venenosa, inimica, & molesta humano generi, sed post peccatum infesta inimicaq́ constituta sunt: quod ex diuina sententia in pœnam iniustæ rebellionis primorum parentum factum est, cuiusmodi sententia lata est ad serpentem, dum diceret deus: Ponam inimicitias inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius: ex hac sententia venationum orta est pugna, hominum scilicet cum cæteris animalibus.

De agricultura residuum. *Cap.* LXXVIII.

SEd modo reuertamur. Scripserunt de his iam dictis agriculturæ, pastionis, piscationis, venationis aucupij artibus Hiero, Philometer, Attalus & Archelaus reges: Xenophon & Mago duces, & Oppianus poeta: præterea Cato, Varro, Plinius, Columella, Vergilius, Crescētius, Palladius, & pleriq; his recētiores. Cicero his nihil melius, nil huberius, nil dulcius, nil libero homine dignius arbitrat̃. Non pauci summumbonum summamq́ beatitudinem istic collocarunt. Hinc agricolas fortunatos Vergilius, Horatius beatos vocāt. Hinc Delphicum oraculum Aglaum quendam felicissimum pronunciauit, q in Arcadia paruum prædiū colēs, nunquam id egressus est, sicq́ minima cupidine minimū in vita mali expertus fuerit. Sed miseri hoīes tam altū de agricultura sapientes, ignorant hāc esse effectū peccati, ac summi dei maledictionē. Eijciēs enim hoīem de paradiso voluptatis, in agros misit, ad p̄uaricatorē Adam sic dicens: Maledicta terra in

opere tuo in laboribus comedes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es. Sed nulli hoc magis ſentiunt quàm agricolæ, & uillici, qui dum arãt, ſeminant, occant, putant, paſtinant, meſſant, metunt, uindemiãt, paſcũt, tõdent, uenantur, piſcantur: poſt multos labores, hic agris à grãdine, tempeſtateq́ue uaſtatis amittit panem, huic oues moriuntur, aut boues, aut à militibus abiguntur, ille perdit feram, alter piſcem, & domi plorat uxor, illachrymantur filij, & tota eſurit familia, rurſusq́ue ſpe incerta, dubium redeunt in laborem. Ante hanc maledictionem nulla fuiſſet opus artificioſa telluris cultura, nõ paſtione, nõ piſcatiõe, nõ uenatione, non aucupio: nam ſponte omnia producturа erat terra hybernis, æſtiuisq́ue frugibus, odoris ſuauitate, pratorumq́ue ueſtitu ſemper floreſcẽs. Deniq́ue nihil noxiũ terra progerminaſſet, non herbam ullam ueneno peſtilentẽ, nullam arborem ſterilitatis uitio inutilẽ, ſequeſtrataq́ue etiam natricũ & uiperarum, cæterarumq́ue reptiliũ uiſulentia (autor nobis Beda) ipſeq́ue homo animantium omnium adeptus principatum, ipſis etiam feris, ut iumẽtis pecudibusq́ue onera impoſiturus imperaſſet piſcibus maris, aues ad nutum aduolaſſent: moxq́ue natus homo omnium membrorum uſum, exercitiumq́ue cõſecutus fuiſſet, ac ſine corporis tegumentis, ſine tectis, ſine conditis obſoniis, ſine medicamentis feliciſsimam uitam egiſſet, cum ſponte ſua illi ſuppeditura eſſent, ut ait poeta ille: Terra cibum pue-

tis, uestem uapor, herbo cubile. Sed peccati noxa, mortisq́ necessitas, omnia nobis infesta fecit. iam non terra quicquā citra labores sudoresq́ nostros producit: quin & lœtifera, & uenenosa (ceu palàm nobis quod uiuimus exprobrans) generat, nec reliqua elementa nobiscum mitius agunt, multos mare sęuientibus procellis obruit, monstrosę belug absorbent, tonitruis, fulgure, tēpestatibus contra nos pugnat aer, & pestilentiarum lue: cœlum quoq; in nostrum interitū conspirat. Iamq́ etiam animantia ex professo nobis infesta sunt, & ipse etiam homo (ut est in prouerbio) homini lupus est, circunsistunt nos innumeris scelerū illecebris tentantes immundi spiritus, quo nos in suppliciorum tenebrosa conceptacula protrahant, æternis ignibus ac diris cruciatibus perpetue cruciandos. Atque hinc patet non nisi optimarum rerum iacturam, malorum inuentionem, ac uitę incommoda esse agriculturam, cum cæteris illi adhęrentibus, pascendi, piscādi, uenandiq́ exercitiis, quo telluris infœcunditatem & uictus egestatem, ac ex pellium amictu algorem, quibus mortis fata admonita humanitas, saltē pro tempore effugeremus, uel potius mitigaremus. Haberet autē agricultura hanc necessitatis seu calamitatis nostræ laudem non modicam, si intra hos mansisset terminos, nec prætergressa doceret tot prodigiosas plantarū fabricas, tot portentosas arborū insitiones ac metamorphoses. Quin & equos asinis iungere, & canibus lupos, sicq́ mulas & lycíscas, aliaq́ præter naturæ legem monstrosa animalia procreare, Sed & quibus natura, cœlum, ma

ria, terras libera assignauit, auiarijs, piscinis, uiuarijs & carceribus coercere, etiam exemptis luminibus, mutilatis ve mēbris in ergastulo saginare: si in lino, lana, pellib9, bombyce, & quę natura ad hominum uestitum largit, tot texturarū, infectionum, & similia non nisi ad luxum & fastum artificia, sæpissime etiā ad hoīm perniciē excogitata. Quod de uno lino conqueritur Plinius tam paruo semine nato, quod nunc planta, mox uelum, leuissimo uentorum flatu orbem terrarū ultro citroq; portat, homines q; ipsos (ac si parū sit in terra etiam perire) cogat in aquis, ac à marinis beluis uorari. Præterea mille agricularum, pastorū, piscatorum, uenatorū, aucupum obseruantiarum decreta, non tā stulta & ridicula, q̄ supstitiosa, & diuinæ legi aduersa: qbus tēpestates auertere, semēta fœcūdare, noxia quęq; propellere, lupos & feras abigere, fugacia animalia sistere, pisces aues q; manibus p̄hendere, morbos pecudum incarminare se posse autumant: de quibus cum magna credulitate, & seriose scripserūt sapientes illi uiri, quos supra nominauimus.

De arte militari. CAP. LXXIX.

SEd iam ab agricolis ad milites transeamus, q̄s ex agris delectos aptiores pugnę ait Vegetius: ex qb9 etiā Cato uiros fortissimos, & milites strenuissimos gigni adserūt. Quin & testib9 sacris literis, primus ille pugnator Cain, agricola fuit atque uenator. Et Ianus atq; Saturn9 pugnacissimi dii & antiquissimi, hanc simul cum agricultura uitam in terris egerunt. Ars itaq; militaris minime con-

temnenda videt̃, quæ (vt ait Valerius) principatum Italiæ Romano imperio peperit, multarum vrbium magnorumq́ue regum, validissimarum gentium regnum largita est, fauces Ponti, marisq́ue sinus patefecit: Alpium Taurique montis conuulsa claustris tradidit. Ipse Aphricanus Scipio apud Ennium gloriatur, quod per sanguinem hostium atque cædes, viam sibi ad cælum aperuit. Cui & Cicero adsentit, inquiens & Herculem eadem via cælos conscendisse. Hanc Lacedæmon primum tradidisse dicuntur: hinc Hannibal Italiam petiturus, Lacedæmonem quæsiuit armorum ducẽ. Hac duce constituta sunt regna & imperia, illaque neglecta potentissima quęque rursus demolita. In manibus enim temerariorum ducum ceciderunt bellicosa Numãtia, ornatissima Corinthus, superba Thebæ, docta Athenæ, sancta Hierusalem, ipsaque Romani imperij æmula Carthago, tandem etiam potentissima Roma. Hæc ars plurimo, & plusquam Draconis leges, humani generis sanguine scripta, docet pugnæ ordinem eleganter constituere, aciem commode instituere, adoriri hostem, instare, premere, circumuenire, læua dextraque ferire, ad ducum signa dimicare, proferre gradum, sustinere impetũ, resistere vrgentibus, premere cedentes, ictus incutere, incussos euitare, aut clypeo excipere ac cõtemnere, acriusque in hostem consurgere, inuehi equo, vrgere stimulis, moderari frenis, & omnem in partem circumflectere, ingerere tela, vibrare lanceas, torquere hostium vultus, latera, terga, pro loco & tempore adoriri, nec priusquam desperata victoria de fuga

Militiæ artes diuersæ.

cogitare: fugientes autem insequi, mactare, capere, exarmare, diripere, profligere, suos reducere, recolligere, exercitum instaurare, & desperata victoria ad spem vindictæ animum succendere, & quæ reliqua sunt militum ducumq; officia. Instruit quoque de apparandis classibus, extruendis arcibus, muniendis castris, locandis præsidijs, extruendis vallibus, cõpingendis aggeribus, euacuandis fossis, suffodiendis cuniculis, fabricandis machinis, deligendis armis, oppugnandis dolis mœnibus, comportandis commeatibus, confingendis dolis, locandis insidijs, varijsq; scire vti stratagematibus. Prætorea obsidere ciuitates, iacere tela, fremere tormentis, admouere machinas, perfodere muros, concutere turres, occupare mœnia, parare incendia, diruere arces, spoliare templa, diripere urbes, subuertere oppida, nastare agros, conculcare reges, adulterari matronas, stuprare uiduas, rapere uirgines, ciues alios uulnerare, alios incarcerare, alios deportare, alios trucidare. Tota deniq; disciplina hæc nõ nisi in hominum pernicie occupata, hunc finem quærit, ut famosos orbis euersores, strenuosq; homicidas faciat, transformetq; homines in ritus ferarum moresq; beluarum. Hinc bellũ nihil aliud est, quam commune multorum homicidium, ac latrocinium, nec aliud milites, quam stipendiarii, & in reipublicæ exitium armati latrones. Præterea cum bellorũ euentus semper sint incerti, & fortuna, non ars largitur uictoriã, quid prosunt stratagemata, & insidiæ, & reliqua artis militaris præcepta? nunquid omnis ars inanis est, ubi fortuna dominatur? Atq;

nihilominus laudauit hãc diuinus ille Plato, & pueros hanc discere, adultosq́ꝫ statim armatæ militiæ tradi iubet. Et Cyrus inclytus ille rex, illam nõ secus atque agriculturam summe necessariam aiebat. Ipseq́ꝫ Aug, atqꝫ Bernard. catholici in ecclesia doctores, hanc alicubi probauerunt, & pontificia decreta illam non improbant, licet Christus & apostoli lõge aliter sentiant. Tandem uel repugnante Christo nõ infimũ in ecclesia gradũ obtinuit, obortis tot sacrorum militum sectis & ordinibus, q̃rum omnis religio in sanguine, in cædibus, in rapinis, & piratica sita est, prætextu defendendæ & ampliandæ fidei: ac si Christus euangelium suum non prædicatione uerbi, sed armis: nõ confessione cordis & martyrio, sed ostentatione & comminatiõe armorum, ui bellorum, & hominum cædibus ac strage uoluerit innotescere. Nec satis militibus in Turcas, in Saracenos, in Paganos arma ferre, nisi etiam contra Christianos pro Christianis classes ducant. Deniqꝫ bellum & militia multos gignunt episcopos, & nõ raro pro summo pontificatu pugnatum est, & (ut ait sanctus ille Camotensis episcopus) nõ sine fratrum sanguine sanctasanctorum ingressus est pontifex. atque hoc tũc uocatur constantia martyrij, si pro cathedra magna Christianorum cæde fortiter fuerit dimicatum. Scripserunt de arte militari Xenophon, Xenocrates, Onozander, Cato Censorius, Cornelius Celsus, Higinius, Vegetius, Frontinus, Helianus, Modestus, & antiquiores multi: ex recentioribus Volturius, Nicolaus Florentinus, Iacobus comes Purliliarũ, & alij pauci. Hi artis do-

Arma Christi.

ctores, sed speculatiui, nõ tã periculosi ut sunt practici. Tituli uero ac dignitates discipulorũq; gradus non sunt baccalaureatus, magistratus, doctoratus: nec modo etiam sunt: quibus dicuntur imperatores, duces, comites, marchiones, equites, capitanei, centuriones, decani, signiferi, & consimilia nobilitatis nomina ex ambitione, aut iniuria nata, sed latrones, perfossores, raptores, sicarij, fures, sacrilegi, gladiatores, stupratores, lenones, scortatores, adulteri, proditores, peculatores, abigei, aleatores, blasphemi, uenefici, parricidæ, incendiarij, prædones, piratæ, tyranni, & eiusmodi. Quos omnes qui uno nomine uelit exprimere, dicat milites, hoc est, re uera barbaricas sceleratorum hominum fæces, quos mala mens, malus animus ad omne facinus extimulat: quos penes dignitatis & libertatis nomen habet licentia delinquendi & latrocinandi, undique quærentes ut noceant, ipsamque innocentiam ueluti mortis quandam imaginem odientes, omnesque quasi unum corpus sunt ex patre diabolo, cuius illi sunt membra, de quo ait Iob: Corpus illius quasi scuta fusilia, & compactum squamis se prementibus: una uni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas: una alteri cohæret, & tenentes se nequaquam separabuntur: assistunt sibi quia conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Insignia autem militiæ sunt nõ purpura, torques, annuli, tiaræ: sed aduerso pectore uulnera, & deformata cicatricibus corpora. Exercitium non nisi cum plurimorum exitio doloreq; coniunctum, morum, legum, ac pietatis pernicies,

Militum nomina ex re.

Militiæ præmia.

cum Christo, cum beatitudine, cum pace, cum charitate, cum innocentia, cum patientia, ex diametro pugnans. Præmia eius sunt gloria nobilitatis humani sanguinis effusione parta, & imperij propagatio libidine dominandi & possidendi, cum multarum animarum perpetua damnatione. Nam cum omnis belli finis sit uictoria, nemo potest esse uictor, nisi homicida: nemo contra uictus nisi male perierit. Mors igitur militum pessima, malum epitaphium sibi inducente peccato. Qui autem occidunt, iniqui sunt, etiam si iustum sit bellum. Non enim propter hoc, sed quia lucri & prædæ gratia militarunt, impij homicidæ, in eos quos male occidunt. Si qui autem iuste ab illis perimuntur, ipsi qui occiderunt, in carnificum ordinem seipsos statuentes, nobilitatem hanc commeruerunt: quumque leges alioqui in prædones, incendiarios, raptores, homicidas, sicarios, pœnis sæuiant, tales nomine militiæ habentur nobiles & honesti.

De Nobilitate. Cap. LXXX.

EX militia itaq; ortum habet nobilitas gentilitia uidelicet claritas, ex cruore hostium & cædibus strenua carnificina acquisita, & publico præmio comprobata, publicis honorum insignijs cohonestata. Hinc apud Romanos tot coronarum genera ciuilium, muralium, obsidionalium, naualium, tot militaria dona, armillæ, hastæ, phaleræ, torques, annuli, statuæ, imagines nata sunt, q̄bus p̄ria nobilitatis initia auspicabãtur. Apud Carthagineñ tot donabãtur annulis, quot ĩterfuissent p̄lijs. Ibe-

ri tot circa defuncti sepulchrum eligebant obeliscos, quod ille intermisisset ex hostibus. Apud Scythas in celebri conuiuio ijs tantum circulatam parteram accipere licitum erat, qui hostem occidissent. Apud Macedonas lex erat, qui nullum hostem interemissent, capistro cingi in opprobrium ignobilitatis. Apud Germaniæ populum neminem uxorē ducere licebat, qui non prius caput hosti occisi ad regē detulisset, ipsa'q; indignatio non dati debiti honoris ijs qui strenue militarunt, contra patriam multos induxit, ut subuerterent eius libertatem. Exemplo sunt Coriolanus, Gracchi, Sylla, Marius, Sertorius Catilina & Cęsar. Si itaq; nunc nobilitatis primordia requiramus, comperiemus hanc nefaria, perfidia & crudelitate partam: si ingressum spectemus, reperiemus hanc mercenaria militia & latrocinijs auctam: quod si etiam regnorum & imperij originem quæramus, occurrent impia fratrum parentumve parricidia, funesta coniugia, & pulsi regno patres à liberis, aut trucidati principes, in cuius uerba iuratum erat. Sed ipsam nobilitatem nunc à primis unguibus exploremus. Ipsa reuera nihil aliud est quam robusta improbitas, atq; dignitas non nisi scelere quæsita, benedictio, & hæreditas pessimorum quorumcunq; filiorum. Quod ita esse primum nobis sacræ literæ, deinde etiam antiquæ gentium & recentiores historiæ notum faciunt. Nam cum ab initio creationis mundi genuisset transgressor Adam primogenitum suum Cain agricolam, & alterum Abel pastorem ouium, in quibus humana familia biuium fecit, uidelicet in Abel plebis, in Cain nobilium, qui

tum secundum carnem crudelis & superbus esset, de more persequens eum, qui secundum spiritum humilis erat, interfecit Abel: sed reparata fuit plebeia familia in Zeth tertio filio Adæ, ipse itaq; Cain parricidio fratris primus militiæ & nobilitati initium dedit, ac contemptis dei & naturæ legibus, confideus autem in proprijs uiribus, usurpans sibi dominationem, primus condidit urbes, constituit imperium, ac creatos à Deo liberos homines & filios generationis sanctæ, ui, rapina, seruitute, & iniquitatis legibus opprimere cœpit, donec illi etiam contempto dei iudicio, & corrupta omni carne, promiscua libidine inquinati, genuerunt gigantes, quos interpretatur scriptura potẽtes à seculo, uiros famosos. Atq; hęc est uera & commodissima nobilium definitio. Opprimebant enim inopes, extollentes se latrocinijs, & superbientes opibus, celebrantes nomina sua, imponentes ea regionibus, & urbibus, & mõtibus & fluminibus, & aquis & mari, quorum primus parens Cain natura malignus, intestino odio inuidus, à diuina correptione incorrigibilis, dissimulata ira proditor, in proprium sanguinem parricida, maledictione uagus & profugus, etiam maledictioni superaddens blasphemiam. Atq; hæc sunt illa antiquissima & primæua nobilitatis munia, hæ uirtutes, hæ ingenia, quibus usq; in hunc diem ipsa ornatur nobilitas, cuius architectus pater ille gigantum, quos deleuit dominus in diluuio aquarum, uno solo reseruato Noha, uiro iusto in generationibus Zeth, cum sua familia: cui cũ tres essent filij, Samus, Iapetus & Chamus, atq; illi instaurato post diluuiũ

ſeculo, priſcorum gigantum exemplo etiam vrbes conderent, & regna conſtituerent: idcirco ſcriptura a Noha uſq; ad Abrahamum nullam facit mentionem iuſtorũ. omnes ſiquidẽ ad Abrahamũ uſq; nobilitatis artifices extiterunt, robuſtæ uidelicet improbitatis, impietatis, cõfuſiõis, potẽtiæ, militiæ, uiolẽtiæ, oppreſſionis, uenationis, luxus, põpæ & uanitatis, & ſimiliũ nobilitatis ſtigmatũ, quæ Nohæ filij huic impreſſerunt: e quorũ numero Chamus, eo q̊d cæterorum eſſet nequiſſimus, atq; in parentem impius, primam & ſuper omnia regna dominatricẽ monarchiam promeruit. Ipſe genuit Nimbrotum, quẽ ſcriptura deſcribit potentem in terra, & robuſtũ uenatorem aduerſus dominum. hic ædificauit Babylonem illam magnam, & linguarum confuſioni initium fuit, tradiditque regnandi diſciplinam, nobilitatumque gradus, honores, dignitates, officia, imaginesque diſcreuit. Exinde in plebem leges ſancitæ, introducta ſeruitus & exactiones a populo, conſcripti exercitus, geſtaque crudelia bella. Abs eodem Chamo proceſſerunt Chus, a quo Aethiopes & Mizraim, a quo Aegyptij & Chanaan, a quo Chananæi, nobiliſſimæ quidem gentes, ſed teterrimæ, reprobatæ, & a Deo maledictæ. Exacto tandem multo tempore, rurſus elegit Deus hominem iuſtum, patriarcham illum Abrahamum, ex quo ſuſcitaret ſibi ſemen ac populum ſanctum, quem circunciſionis ſignaculo ab aliarum gentium multitudine diſtinxit. Hic duos ab initio genuit filios, unum ex ancilla, ſpurium, Iſmaelem, alterum ex uxore legitimum, cui nomen Iſaac. Factus eſt au-

tem Ismael homo ferus & sagittarius, uir nobilis et potens princeps, Ismaelitarum genti nomen suum perpetuum relinquens. benedixitq́ illi deus, & confirmauit nobilitatem eius in rapina & militia, inquiens: Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione fratrum suorum figet tabernacula. Isaac autem perseuerans in iustitia patris sui, illius gregem pascebat, atq; hic ex Rebecca sua duos genuit filios Esau & Iacob. Esau itaque odiosus deo, homo rufus & hispidus, uenator & sagittarius, heluo & uentri deditus, adeo ut pro uno pulmento uēdiderit primogenita, factus est uir potens atq; princeps Idumæorum, benedictionē accipiens nobilitatis in pinguedine terræ & rore cæli, in gladio & excussione iugi. Iacob autē iustus, ꝓfugus apud auunculum suum Laban, oues illius pascebat, cuius utrasq; filias quatuordecim annorum seruitute cum promeruisset uxores, duodecim ex illis filios suscepit, uocatumq́; est nomē illius Israel, quod posteris suis deinceps reliquit, ut uocaretur populus Israel. Erant Iacob (quod diximus) duodecim filij, uidelicet Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Isachar, Zabulon, Ioseph, Beniamin, Dan, Nephtalim, Gad, & Asar, ad quorum numerum duodecim tribꝰ Israel numerati sunt. Verum Ioseph à fratribꝰ suis uenditus in Aegyptum, omni Aegyptiorum disciplina imbutus est, & factus est somniorū interpres peritissimus, & augurabat in calice: œconomicæ disciplinę adeo peritꝰ erat, ut ingenij calliditate nouas artes parandarum diuitiarum, & uectigalis augendi inueniret, quā ob causam Pharaoni regi gra-

tissimus, constitutus est ab eo princeps super omnem Aegyptum, atq; ex seruili mancipio, solenni Aegyptiorum ritu nobilis creatus est. Posuit enim rex annulum in manu eius, & torquē in collo eius auream, & induit eum purpura, fecitque ascendere currum, clamante pcone, ut omnes deinceps tanquā nobilem & principem reuererētur illum. Similis p omnia nobilitandi mos erat apud Persas; sicuti de Mardocheo Hebræo nobilitato ab Artaxerxe rege, legimus in libro Hester. Inde in hunc usque diē hæc nobilium creandorum consuetudo permansit, penes reges & Cæsares, à quibus alij pro pecunia emunt nobilitatem, alij illam lenocinio, alij ueneficijs, alij parricidijs hanc commeruerunt. Multis p ditio nobilitatem conciliauit, simul atque diuitias peperit, quemadmodum de Euthicrate, Philocrate, Euphorba, & Philagro historijs proditum est: Plerīq; adulatione, detractione, calumnijs, sycophantia: plures ob prostitutas regibus & uxores & filias, nobiles facti sunt: multos uenationes, rapinæ, cædes, præstigia, & aliæ maliæ artes ad nobilitatē promouerunt. Sed ad Ioseph reuertamur. Hic cum potens esset in domo regis, & suscepisset filium primogenitum Manassen, elatus euentitia hac nobilitate, in iniuriam & contemptum paternæ domus, non sine culpa locutus est, dicens: Obliuisci me fecit deus laborum meorū & domus patris mei, quā propter in benedictionibus postpositus fuit Manasse, & prælatus illi iunior Ephraim. Ipse deniq; Ioseph, licet esset filius Iacob, tamen propter hanc nobilitatis deo odibilem conditionem, non meruit

Nobilitādi mos apud principes.

ferre nomẽ tribus in Israel, sed datum est filijs suis Ephraim & Manasse. Neq; illi in tribubus suis habuerunt prophetam, & omnium minima benedictione benedicũtur, uidelicet in fortitudine & multitudine familiæ suæ. Habitauit autem populus Israel in Aegypto annis multis, erantq; pastores pecorũ in terra Gessen, cum uero crescerent in gentem magnam & potentem, suspecti & odibiles facti sunt nobilibus & regibus Aegyptijs: quare affligebant eos operibus duris luti & laterum, & omni seruitute operum terræ, & pueros eorum masculos occiderunt, mergentes in flumine, ut non superesset illis semen in terra. Horum itaq; unus, eo quod esset puer elegans, saluatus est à filia regis, quæ adoptauit illum in filium, & uocauit illum Moysen, quia de aquis eripuisset eum. Creuit itaque Moyses in domo regis, omniq; Aegyptia doctrina imbutus, tanquã regis filiꝰ habitus, potẽs factus est, & dux militiæ Pharaonis contra Aethiopes. Desponsauit autem sibi filiam regis Aethiopum in cõiugem, unde contracta Aegyptiorum inuidia & odio, exulare coactus profugit in Madiam, ubi apud puteũ quendam contra regionis illius pastores, ꝓ puellis quibusdam certamen suscipiens, eo beneficio unam ex illis meruit habere uxorem filiam sacerdotis. tandem prouectus ætate & sapientia, agnoscens genus suum de gente Hebræorum, reuersus est in Aegyptum, & renunciata Aegyptia nobilitate, confortatus a deo, ducẽ se ꝑbuit populo Israel, & multis miraculis eduxit illũ de Aegypto. cumq; peccasset populus aduersus deũ in uitulo aureo, iratus Moyses

iũxit sibi uiros fortes filios Leui, & præcepit illis inquiens: Ponite gladios super femur uestrum, & euntes & redeuntes, occidat unusquisque fratrem et amicum & proximum suum, factaque hac memorabili cæde, quasi uiginti trium millium hominum, benedixit illis, inquiens: Consecrastis manus uřas hodie in sanguinne, unusquisq; in filio & fratre suo, completaq; est benedictio Iacob & Symeon & Leui uocantis eos uasa iniquitatis bellantia, quorum furor maledictus & pertinax, & indignatio dura. In hoc itaque insigni parricidio initium cepit nobilitas in Israel: tunc eñ constituit illis Moyses principes, & duces, & capita exercitus, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos uiros bellicosos, & pugnatores egregios per tribus & cognationes suas: e quib9 q bello & fortitudine alios præcellere uidebatur, huic tuibuerũt principatum, iudicandique potestatem. Regem non enim habebant, sed iudicibus regebantur, a quibus Iosue uir nobilis, robustus & bellicosus uictor regum, & non timens quenquam, post Moysen tenuit principatum: post cuius obitum sine principe sub democratia uixerunt, sed seditiosi facti pugnarunt in se inuicem & prope deleuerũt tribum Beniamin, ut non superessent nisi sexcenti uiri. Cũq; abiurassent illis filias suas, datæ sunt illis quadringentæ uirgines captiuorum Iabis Galaad, reliquis ducentis permissum est rapere uirgines a Silio. Atq; hoc modo impleta est benedictio nobilitatis Beniamin, in imagine lupi mane rapientis prædam, & uespere diuidentis spolia. Post hæc rursus ad aristocratiam

& principum regimen conuersi sunt, e quibus tandem Abimelech spurius Hieroboal de tribu Manasse, interfectis solenni parricidio super uno lapide septuaginta fratribus suis legitimis, primus regnum obtinuit in Sichem. Porro uniuerso populo Israel petente sibi regē, in furore domini dati sunt illis reges paucissimi quidem boni, plures autem mali. Iratus enim est domino, & dixit illis ius regis, quia tolleret filios & filias eorum, faciens sibi aurigas, panificas, & agros, & greges, & prædia, & seruos, & ancillas, & optima quæque illorum pro libito ad- Ius regū decimaret sibi, & distribueret seruis suis, populūque totū seruitutis p̄meret iugo, & quoties rex peccauerit, & iniqȝ egerit populus plecteretur pro eo. Constituit autem illis regem adolesentem de tribu Beniamin, nomine Saul, uirum fortem robore, statura procerum, adeo, ut ab humero sursum, altior esset omni populo, incussitque deus timorem omnibus, ut eum quasi ministrum domini uenerarentur. Hic antequam regnare cœpisset, tanquam filius unius anni innocens erat, & optimæ indolis: adeptus autem regni nobilitatem, effectus est uir nequam, & filius Belial. Sustulit ergo deus regnum de domo Saul, & dedit illud Dauid filio Isai de tribu Iuda. Atque hic e pastore ouium constitutus rex, eadem nobilitatis pestifera contagione infectus, factus est homo peccati, sacrilegus, adulter & homicida, tamen non declinauit misericordia dei ab illo. Regnauit autem ab initio in Hebron, quum Hisboseth filius Saul regnaret post Iordanem, tandem confirmatū est illi regnum uniuersi populi in

Hierosolymis. Veruntamẽ pacificam Israelitarum monarchiam non obtinuit, nam eo uiuente, filius eius Absolon, regnum inuasit in Hebron, quo occiso, rursus inuasit regnum Siba filius Bochra. Porro ambiuit regnum filius Dauid Adonias. Ipse autem Dauid moriturus, hæredem instituit minorem natu Salomonem filium Bethsabeæ adulteræ, atque hic primus Hebræorum monarchiam obtinuit, quam Adonię fratris natu maioris patricidio confirmauit, adeptusque rerum summam, etiã ipse à uia recta declinauit post mulieres in fornicationes & idololatriam, derelinquens legem dei: successitque illi filius malus Roboam, etiam ille nequam & peccator aduersus deum: ideoque scissa est ab eo monarchia populi, & defecerunt ab eo decem tribus, & constituerunt sibi regem Hieroboam uirum nequissimum, de tribu Dan, q uenenauit totum Israel, abducens decẽ tribus ad idololalatriam, erectis uitulis in Samaria ut impleretur benedictio: inquiens: Dan coluber super uiam, cerastes super semitam, mordens calcaneũ equi, ut cadat sessor eius retrorsum. Tribus autem Iuda quieuit sub semine Dauid, quemadmodum benedixit illi Iacob, non auferendum sceptrum à Iuda, donec ueniret Messias. Erat autem ille Iudas filiorum Iacob pessimus, & in nurum suã incestuosus. erantque illi filij nequissimi & scelestissimi: quocirca benedictionem nobilitatis accepit in sceptro regni & fortitudine leonis, tandem quoque recesserunt a regibus Israel populus Edom & Lobne, & constituerunt sibi reges pro arbitrio suo, quemadmodum benedixit deus Esau de excutiendo iugo. Inter om-

nes autem reges Iuda & Israel, uix quatuor inuenti sunt boni. Exactis itaq; regibus, cum tota nobilitate, Iudæi in captiuitatem & seruitutem in Babyloniam traducti sunt: iterumq; post multa tempora miserante deo reducti in Hierosolymam, aliquandiu sub sacerdotibus & optimatibus, & populari magistratu rempublicam suam feliciter administrarunt, donec Aristobolus Hyrcani filius diadema sibi imposuit, regnumq; Iudæorum & matris & fratrum parricidio refecit, quod deinceps per plures reges, postremo sub Achelao insolenti & obscœno rege finiuit, Iudæa tota in Romanorum prouinciam redacta, ac tandem sub Tito & Vespasiano deleta, uniuerso populo per uniuersum orbem ad hunc usq; diem in perpetuam seruitutem relegato. Hęc itaq; ex sacris literis prosequi libuit, ut ostenderem ab initio mundi nullam fuisse nobilitatem, quæ non sceleratum habuerit initium, etiam in populo dei, nec aliud esse nobilitatem, quam gloriam & præmium publicæ iniquitatis: in qua quo pollutior uita, eo præclarior: quo plus scelerum, eo plus præmii & gloriæ: sicut non inscite comprehensus Diomedes pirata ille ait ad Alexandrum, inquiēs: Ego quia uno nauigio latrocinor, accusor pirata: tu quia ingēti classe id agis, uocaris imperator: si solus & captiuus esses, latro esses: si mihi ad nutum populi famulentur uocarer imperator. Nam quoad causam non differimus, nisi quia deterior est, qui capit improbius, qui iustitiam abiectius deserit, qui manifestius impugnat leges. Quos em̄ ego fugio, tu persequeris: quos ego utcunq; ueneror, tu contemnis, me fortunæ ini-

Diomedis piratæ ad Alexandrum responsio ingenua.

quitas & rei familiaris angustia, te fastus intolerabilis & inexplebilis auaritia furem facit. Si fortuna mea mansuesceret, fierem forte melior: at tu quo fortunatior, nequior eris. Miratus Alexander hominis constantiam, iussit adscribi militiæ, ut posset deinde saluis legibus militare, hoc est, latrocinari. Iam uero progredientes ad ethnicorum historias, similiter ostendamus ipsam nobilitatem non aliud esse quam improbitatem, furorem, latrocinium, rapinam, homicidium, luxum, uenationem, uiolētiam, a pessimis ubiq; principiis ortam, peioribus prosequutam, turpissimum semper habuisse exitum: quod in illis quatuor famatis monarchiis, deinde in cęteris quoq; nobilium regnis constabit. Prima itaq; post diluuium monarchia fuit Assyriorum, cui initium dedit Ninus primus, qui prior omnium non contentus suis limitibus, propagandi imperii libidine arma foras extulit, & cruenta bella uicinis inferens, totius orientis populos subegit, magnitudinemq; quæsiti imperii, sequentibus semper nouis uictoriis, continua prouinciarum accessione, adauxit, subacta Asia, perdomito Ponto. Porco Zoroasten Bactrianorum regem parricidiali pugna oppressum interfecit. Vxor erat Nino nomine Semiramis. hęc (ut refert Dinon historicus) petiit a uiro, ut quinq; dies imperitaret: quo concesso impetratoq;, stolam ac coronam sibi aptauit, ac in sellam regiam conscendit, imperauitq; satellitibus, ut Ninum uirum suum regiis ornamentis exutum interficerent: quo sic extincto, ipsa successit in imperio: nec contenta regni terminis, Aethiopiam imperio suo adiecit, in Indiam bella extulit.

Babyloniam muro augustissimo cinxit, postremo à filio Nino secundo, quem flagitiose conceperat, impie exposuerat, incestuose cognouerat, occidit. His itaque parricidijs Assyriorum monarchia obtinuit principatum, donec sub Sardanapalo rege uiro omni muliere corruptiore deficeret, quem Arbactus Mediæ præfectus inter scortorum greges comprehensum interfecit, ipseq; constituens regem, imperium omne ab Assyrijs transtulit ad Medos, idq; Cyrus tandē detulit ad Persas, penes quos filius eius Cambyses nouæ Babylonis conditor, adiectis multis regnis, secundam monarchiam obtinuit, quam & fratris & filij parricidio consecrauit: hæc tandē in Narso Ochi filio inclinauit, cui, interfecto eo abs Bageo eunucho, surrogatus est Darius Persa Arsoi filius, Gademannus antea uocatus, qui abs Alexandro Magno deuictus, Persarum monarchiam simul cum uita finiuit, quam idem Alexander paternæ cædis una cum adultera matre conscius & consultor, hoc ipso famoso parricidio transtulit in Macedonas: atq; hęc tertia fuit monarchia, q̃ extincto Alexãdro mox & ipsa corruit. Successit quarta monarchia Romanorum, q̃ nulla in rebus humanis potentior, sed si temporũ series abs urbe cõdita repetat, illam inuenimus à pessimis initijs ortam, & a pessimis frequẽtius gestam, ideoq; hęc nobis paulo altius, & à primis urbis cõditoribus repetenda est. Vrbs Roma à geminis fratribus Remo & Romulo, ex incestuosa Vestali genitis, à meretrice educatis, in Italia primũ condita ẽ: cuius regnũ Romulus parricidio fratris instar

Tertia monarchia.

Quarta monarchia.

Cain uitiauit. Cumq́ꝫ se deorum filium dici pateretur, collecta sceleratorum satellitum manu, promissa illis impunitate, rapuit filias Sabinorum, & constituens illis uxores ex omnibus quas elegerant, genuerunt gigantes, illos inquā Romanæ nobilitatis reges atqꝫ proceres, toto orbi formidabiles. Iamqꝫ Sabinorum fœminis & filiabus fraudulento fœdere proditorioq́ꝫ ludo pellectis nefarie raptis, crudelibus nuptijs sibi suisq́ꝫ sociatis, parentum ac maritorum nece obtentis, nouis insuper parricidijs defendit. Nam soceri sui sanguinis incontinens, etiam Titum Tatium pium senem Sabinorum honestissimum ducem, in societatem regni assumptum miserabiliter occidit. Hæc fuere Romani regni primordia, qua p ducentos quadragintatres annos sub crudelibus regibus rectum, sub Tarquinio Superbo flagitioso stupratæ Lucretiæ desijt. Et quemadmodum successio Cain in septenaria generatione periit sub diluuio aquarum: sic & isti Romuli successores in septenario regum numero à populari tumultu obruti sunt, & licet Romana urbs regum exuisset imperium, nō tamen euasit tyrannidem. Exactis nanqꝫ regibus: cum post tumultuantis populi inundationes, regnum ad optimates translatum esset, Brutus quidam uir nobilis, primus Romanorum consul designatus est. Hic quo tantum stabiliret imperium, primū illius conditorē regemq́ꝫ Romulū, non solum exæquare parricidio, sed & uincere studuit, quippe duos filios suos adolescentes, totidemque uxoris suę fratres Vitellios, medio foro uirgis cæsos securi percussit. Cumque imperium hoc sub

Reges esse Romę sub Tarquinio desierunt.

optimatibus & plebe per diuersos magistratus, priuatasq; tyrannides, per multa secula stetisset, sub Iulio Cęsare, uiro difficile dictu an bello fortiore aut libidine corruptiore, atq; deinceps sub Antonio identidem libidinis mancipio terminauit, totaq; Romani Imperij summa uni Octauiano Augusto Imperatori collata est. in hoc quarta illa orbis monarchia initiū cepit. Neq; uero absq; parricidio, quāuis Augustus hic principum omnium mitissimus haberetur, tamen auunculi Cæsaris, a quo adoptatus fuerat in imperium & hæresin stitutus, filium atq; puellam ex Cleopatra susceptas proles interemit, neque nomini, neq; beneficio, neq; affinitati, neq; pueritiæ parcens. Iamq; Romanorum principes orbis monarchiam tenuerunt, atq; Neronem, Domitianū, Caligulam, Heliogabalum, Galienum, aliaq; crudelitatis & turpitudinis monstra produxerunt, sub quibus totus orbis concussus est, quousq; magnus ille Constantinus interfecto Maxentio, qui ob libidinem & crudelitatem Romano populo infensus erat, a Senatu Augustus declararetur. Hic cum Byzantium instauraret, urbemq; Romę æmulam faceret, atq; exinde nouam Romam, & ex nomine suo Constantinopolim uocari iuberet, hanc Imperatorū sedem esse uoluit, Romanumq; imperium transtulit ad Græcos, ipsumq; Constantinopoli, quemadmodum Romæ Romulus, duorum Liciniorum, sororis suæ uiri & filij, propriæq; prolis & uxoris, parricidijs sacrauit: perstititq; Imperium apud græcos usq; ad tempora Caroli magni, in quem nomen duntaxat Imperij translatum est ad germanos. Sed

hæc de monarchijs hactenus. Cæterorum aliquot regnorum initia finesq; perscrutemur. & comperiemus auspicijs non melioribus incepta, nec inferioribus flagitijs parta nec minori luxu rursus dissoluta. Prætercam Dardani parricidia, & quo facinore ille persuasis in scelus Achiuis, Græcorū regni initia dedit. Taceo etiam mulierum imperia uirorum parricidijs parta, quemadmodum de Amazonibus narrant historiæ. Ad recentiora tempora nostraq; nostraque confinia uadamus. In Hispania tempore Theodosij imperatoris, primus regnauit Atanaricus Gothus, sed eo tēpore etiā Alani & Vuādali Hispaniam possidebāt. Primus autē ex Gothorū regibus Hispaniæ monarchiā adsecutus est Suytilla, quam postremo Rodericus rex, quod filiam Iuliā Tingitanæ prouinciæ præfecti stuprasset, amisit, finē adferens Gothorum imperio, Saracenis Hispaniam occupātibus: deinde sub Pelagio rege, recuperatis aliquot locis, tunc primum Hispaniæ reges, at non ultra gothorum dici ceperunt, titulo regni apud Legionem oppido manente, usq; ad tempora Ferdinādi Sancti filij, qui primum se Castellæ regem pronunciauit, ac interfecto fratre Garsia, eo parricidio etiam Nauarræ regnum adiecit. Illorum autem frater Ramirus, quem pater illorum ex concubina genuerat, uir bellicosus & ferus, primus Aragonensium rex euasit. Lusitanorum autem rex primus fuit Alphonsus, Henrico Lotharingo, & Tyresia Alphonsi castellæ regis notha filia genitus, uir in armis strenuus, & qui quinq; Saracenorū regulos uno prælio superauit, hinc quinq; scutorum insigne lu-

sitanorũ reges ferunt in clypeis Fuit tamẽ Alphonsus hic in matrem parricidialis animi, quam propterea quo secundario nupsisset, in perpetua uincula coniecit, nec ut dimitteret ullis precib9 flecti, nec ecclesiasticis cẽsuris impelli potuit Deniq; omnia hęc Hispaniarum regna, aut ingentibus scelerib9 parta sunt, aut illis artibus confirmata. Iam uero & Anglorum regni pia initia fere fabulosa sunt. Deinde hæc insula uarijs sub regib9, & a multis gentibus Pictis, Scotis, Danis, Saxonib9 passim habitata, & subacta. Postremo sub Guilhelmo Normãno monarchiam obtinuit quietam, quam ille Aroldi regis Vuestosaxonum consanguinei sui patricidio, sibi posteris'q; suis confirmauit, cui9 successio manet in hunc usq; diem, semp famosis parricidijs admodũ insignis. Transeo Burgũdiorum & Lombardorum regna, ex penitissimis Germaniæ populis in Gallia & Italia, hinc rege Gondaicho, inde uero Alboyno primũ incepta, crudelissimis'q; parricidijs propagata. Francorum in Gallia potẽtissimum regnum spectemus. Huius prima initia a Pharamundo Merouci ducis filio ortum habent, q primus e Germania in galliam migrans, primus rex constitutus ẽ Francorum, omni crudelitate & truculentia superior. Huius series durauit usq; ad Childericum tertium, qui ob segnitiem in administranda republica, & propter libidinem in matronas deiectus regno, in cœnobium monachorum detrusus est, Pippino maiore domus in regnum surrogato, quod ille sibi posteris'q; suis proditione partũ. insuper grisonis fratris parricidio stabiliuit, usq; ad Lodouicum se- Pippin9

xtum Lotharij filium, qui ob adulterij crimē a Blācha coniuge ueneno sublatus est, inuadente Francorum regnū Hugone Capeto, uiro gladiatore & sanguinolēto, strenuoq́ꝫ pugnatore, & qui his artibus apud Parrhisiensem populum magnus habitus est, alias uero ignobilis atq; e lanione progenitus. Hic contra Carolum Lodouici patruum ac uerum regni hęredem rebellis, collecta sceleratissimorum nebulonū manu acieq́ꝫ pessimorū satellitum, dictum Carolum apud Aurelianum sibi in manus proditū in carcerem coniecit. ibiq; mori compulit: quo nefandissimo, in regem & principem suum perpetrato parricidio, ipse sibe diadema imposuit, & carnificina pro regno commutata, Gallis deinceps cum posteris suis imperauit: Cuius successio in hunc usque diem durat, donec illa rursus in aliquo meretricum & libidinis mancipio ruitura sit. Nimis longū foret hoc loci regnorum omnium initia recensere, & per omnes antiquitatū historias discurrere. Ego hanc rem quam hic summario conceptu tetigi, ampliore uolumine descripsi alibi, ubi ipsam nobilitatē suis coloribus & liniamentis exacte expressi, ostendique nō fuisse nec esse aliquod in orbe regnum insignemve principatum, quę non inceperint parricidio, ꝓditione, perfidia, crudelitate, strage, cędibus aliisq́ꝫ horrendis sceleribus, artibus inquam nobilitatis, cuius cū talia sint capita, facile cognoscere poterimꝰ cuiusmodi sint reliqua beluę illiꝰ membra, eaq́ꝫ omnia ad uiolentiam, ad rapinam, ad cędem, ad uenationem, ad libidinem & omnis generis luxum prona & exercitata. Velit q̃s nobilis fieri,

Hugó Capetꝰ.

primum uenator fiat:hoc primum elementum est nobilitatis, deinde miles mercenarius, & prçcio locet homicidia, hæc uera nobilitatis uirtus, in qua si se fortẽ latronem exhibuerit, nulla maior nobilitatis gloria. Qui ad hæc ineptus est, hic nobilitatem emat pecunia: siquidem & ipsa etiã uenalis est: aut si id non poterit, parasitetur regibus, aut alia quauis aulica fraude se intrudat, & palatinarum meretricum lenonem agat, aut principi prostituat uxorem uel filias, aut ipse dominarum expleat libidinem, aut regio scorto nubat, aut eorundem spurias filias ducat uxores. hic summus est nobilitatis gradus: unum siquidem corpus efficitur cum illis. Hęc sunt itinera, hæ scalæ, hi gradus, quibus ad nobilitatis apicem compendioso tramite conscenditur. Qui uero cæteris generosiores, & in genere suo nobilissimi omnium uideri uolunt, progenitores iactant eiusmodi, cuiusmodi nemo non contemnerat, uidelicet homines alienos, Troianos & Macedones, incertis sedibus uagabũdos ac transfugos, & mille scelestissimis facinorib. cooptos, atq; adhuc (si dijs placet) laudare oportet & extollere hanc eorũ nobilitatem, quæ tam scelestissimos habuit ortus. Alij cum a meretriculis & scortis ortum habuerunt, turpitudinem hanc fabulis tegunt, qualem de Melusina legimus. Sunt qui alios sceleratos habuere ortus, incestus, stupra, raptus, adulteria & eiusmodi Sic Balduuinus ob raptam Iudith filiã, a Carolo Caluo primus Flandriæ comes creatus est. Sic marchiones illi Pedemontium, uidelicet montis Ferrati, Salutiarum, Senæ, & cæteri multi ab Othone impertatore

xtum Lotharij filium, qui ob adulterij crimē a Blancha coniuge ueneno sublatus est, inuadente Francorum regnū Hugone Capeto, uiro gladiatore & sanguinolēto, strenuoq́ꝫ pugnatore, & qui his artibus apud Parrhisiensem populum magnus habitus est, alias uero ignobilis atqꝫ e lanione progenitus. Hic contra Carolum Lodouici patruum ac uerum regni hęredem rebellis, collecta sceleratissimorum nebulonū manu acieq́ꝫ pessimorū satellitum, dictum Carolum apud Aurelianum sibi in manus proditū in carcerem coniecit. ibiqꝫ mori compulit: quo nefandissimo, in regem & principem suum perpetrato parricidio, ipse sibe diadema imposuit, & carnificina pro regno commutata, Gallis deinceps cum posteris suis imperauit. Cuius successio in hunc usque diem durat, donec illa rursus in aliquo meretricum & libidinis mancipio ruitura sit. Nimis longū foret hoc loci regnorum omnium initia recensere, & per omnes antiquitatū historias discurrere. Ego hanc rem quam hic summario conceptu tetigi, ampliore uolumine descripsi alibi, ubi ipsam nobilitatē suis coloribus & liniamentis exacte expressi, ostendique nō fuisse nec esse aliquod in orbe regnum insignemve principatum, quę non inceperint parricidio, ꝓditione, perfidia, crudelitate, strage, cędibus aliisq́ꝫ horrendis sceleribus, artibus inquam nobilitatis, cuius cū talia sint capita, facile cognoscere poterimꝰ cuiusmodi sint reliqua beluę illiꝰ membra, eaq́ꝫ omnia ad uiolentiam, ad rapinam, ad cędem, ad uenationem, ad libidinem & omnis generis luxum prona & exercitata. Velit qs nobilis fieri,

Hugó Capetꝰ.

primum uenator fiat:hoc primum elementum est
nobilitatis, deinde miles mercenarius, & precio lo
cet homicidia, hæc uera nobilitatis uirtus, in qua si
se fortē latronem exhibuerit, nulla maior nobilita-
tis gloria. Qui ad hæc ineptus est, hic nobilitatem
emat pecunia: siquidem & ipsa etiā uenalis est: aut
si id non poterit, parasitetur regibus, aut alia qua-
uis aulica fraude se intrudat, & palatinarum mere-
tricum lenonem agat, aut principi prostituat uxo-
rem uel filias, aut ipse dominarum expleat libidi-
nem, aut regio scorto nubat, aut eorundem spurias
filias ducat uxores. hic summus est nobilitatis gra-
dus: unum siquidem corpus efficitur cum illis. Hęc
sunt itinera, hæ scalæ, hi gradus, quibus ad nobilita
tis apicem compendioso tramite conscenditur. Qui
uero cæteris generosiores, & in genere suo nobilissi
mi omnium uideri uolunt, progenitores iactant ei
usmodi, cuiusmodi nemo non contemnerat, uideli-
cet homines alienos, Troianos & Macedones, in-
certis sedibus uagabūdos ac transfugos, & mille sce
lestissimis facinorib. coopertos, atq; adhuc (si dijs pla
cet) laudare oportet & extollere hanc eorū nobilita
tem, quæ tam scelestissimos habuit ortus. Alij cum
a meretriculis & scortis ortum habuerunt, turpitu-
dinem hanc fabulis tegunt, qualem de Melusina le
gimus. Sunt qui alios sceleratos habuere ortus, ince
stus, stupra, raptus, adulteria & eiusmodi Sic Bald-
uuinus ob raptam Iudith filiā, a Carolo Caluo pri
mus Flandriæ comes creatus est. Sic marchiones il
li Pedemontium, uidelicet montis Ferrati, Salutia-
rum, Senæ, & cæteri multi ab Othone impertatore

ob raptam filiam instituti sunt Solent enim nõnunquam reges & imperatores, quas sine summa uerecundia iniurias ulcisci nequeũt, dignitatis aliquo titulo perducere ad gloriam. Porro quatuor principalia sunt nobilium istorũ munera, in quibus om̃is eorũ sita est felicitas. Primũ illorum rapacitas, qua ꝑter fas & æquũ habent, capiunt & possident. alterum uoluptas, qua om̃i luxus & libidinis gñe insolescunt. tertium libertas, qua contẽptis legibus, uiolentiq; uiribus stipati, om̃ia pro libito agunt. quartũ ambitio qua intumefacti, supra sortẽ & statum suum nullo non scelere altiora petunt. Omniũ deniq; nobilium sufficientia in eo probatur, si uenaticã nouerint, si in alea fuerint damnabiliꝰ instituti, si corporis uires ingentibus poculis commonstrẽt, si naturæ robur numerosiore Venere comprobent, si audacter strenueq; profundant, si fastu, si luxu omnique intemperantiæ dediti, uirtutumq; hostes, obliuiscantur quod nati, quodq; morituri sint. Nobiliores autem, si hæc pernicies a patribus emanarit in filios, magnisq; subintrarit autoribus, ut

Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo.

Hę sunt nobilium insignes uirtutes. Sed habẽt prętereà alias quasdã nobilitatis artes, quibus cũ maxime oĩm nocentissimi sunt, id agunt, ut uiri ꝓbi atq; boni esse uideant, & prudentia, liberalitate, pietate, iustitia, insignes appareant, adeo se prębent faciles, beniloq̃s, affabiles, & omniũ uirtutũ hypocrisi claros, molliũt sermones suos supra oleũ, & ipsi sunt iacula, cõquisitis quotidie conuiuiis epulãtur splen

dide, in sermone & colloquijs liberiores disputant de republica, aliorumq; sententias captantes, ex illis sapientiæ prudentiæq; famam in principum conciliis sibi aucupant, liberalitatis etiam famam sibi ex auaritia usurpāt, dū quod auferunt uni, dono dāt alteri munifici prædones, & quod ueteres de Sylla scribunt, alios per aliorum iniuriā locupletare studentes, ipsi inter quotidianas rapinas semper inopes. Proinde iustitiæ & pietatis nomen sibi uenantur, dum pauperum quęstiones libenter suscipiunt, fouentq; eorundē causas contra ditiores, sed eousq; duntaxat afflictis illis succurrūt, donec interim exhauriunt loculos pleniorum. Neq; enim animus est prodesse pauperibus, sed nocere diuitib9, quod cuiuis illorum facilius est q̄ prodesse, atq; hac iustitiæ pietatisq; umbra tantam sæpe licentiam sibi arrogant, ut ciuitatibus & potentioribus uim inferant, & publica hostilitate uexent, & unde legum autoritate nullis sperare licet ueniam, isti nobilitatis p̄textu assequunt gloriam, & tanq̄ antiqui gigātes gloriant in peccatis suis, & cū ueluti mali dęmones undiq; q̄runt ut noceant, tunc maxīe ꝓdesse putantur, quando solum nocere desistunt, agentes ut omnibus sint terrori, ament à nullo, cum sceleratis & flagitiosis oībus ponētes portionem, & q se custodiæ eorū tradunt, depopulant & opprimunt: nec ullum hoīm genus ciuitatibus pestilētius, q̄ nobiles isti, q sibipsis placentes, q̄si cæteris generosiores, semp superbo spiritu turgent. De qbus idcirco nō male consuluit Aristophanes, inquiens, nō oportere in urbe nutrire leones, sin aūt alti sunt, obseq illis opor-

tere. Horũ tyrannide oppressi olim Heluetij, nobiles omnes occiderunt, & totam eorum progeniem patria extirpauerunt: hac insigni nobilium strage, nomẽ sua uirtute celebre cum libertate adepti sunt, qua plus quadringentis annis in hũc diem feliciter imperant atq; regnant, semperq; hoc nobilium hominũ genus oderunt. Olim nulli erant populis gratiores, nec maioribus præmijs digni censebantur, q̃ qui tyrannos eorumq; stipatores & satellites etiã uel innoxios liberos interemerunt, quin & iurisconsulti docent nonnunquã innoxios recte occidi posse, si id magnopere ꝓ sit reipublicæ, ut extincto tyranno, & liberos trucidare, ne repullulet noua tyrannis: quemadmodum & Græci post euersum Ilium, occiderunt Hectoris filium Astyanactem, ne noui belli instaurandi occasio superesset. Legamus liceat ueterum temporum historicos, Titum Liuium, Iosephum, Egesippum, Quintum Curtiũ, Suetonium, Tacitum, Serenum, Tranquillum, & reliquos, semper licuit tyrannis insidiari, licuit decipere, honestissimum autem occidere, etiam uel ueneno tollere, cuiusmodi Tiberius à Iulio tertius imperator peremptus est: sed cum ueneficium detestabile semper fuerit, uenenum quo ille extinctus est, orbis censuit esse uitale. Attestantur istis etiam sacræ literæ in Eglon, in Sisara, in Holoferne, quos interemerunt Aioth, Iahel, Iudith: quod etiam corã deo licuit, occisis quoq; facinore tyrannis iugum excutere, omnesq; illi quorum facinore afflictus populus liberatus est, sacris bibliorum annalibus ꝓ ministris dei honorati sunt. Iam uero nobilitatem nõ

tam usu & consuetudine, quàm etiam natura malã esse non ambigimus: siquidem inter aues & quadrupedia nulla alia nobilitatis prærogatiuam habent, præter illa quæ cæteris animantibus etiam hominibus non tam infesta, quàm exitio sunt, cuiusmodi aquilæ, uultures, falcones, accipitres, corui, milui, struthiones, & fabulosæ harpyiæ, gryphi, syrenes, & huiusmodi monstra. Simili ratione tigrides, leones, lupi, pardi, ursi, apri, dracones, serpentes, busones. Ex arboribus uero nullæ aut paucæ dijs sacræ & nobiles habentur, nisi quæ aut steriles sunt, aut nullum hominibus edibilẽ fructum ferunt, ut quercus, asculus, fagus, laurus, myrtus. Inter lapides nõ marmora, non ædiles, non molares, sed gemmæ, q̃ nullum hominibus utilitatis usum præbent, habentur nobilissimę. Sic & in metallis, argentum admodum perniciosum, & ferro nocentius aurum, nobiliora sunt & digna habita, pro quibus tot cædibus & humani sanguinis dispendio populi dimicent.

De arte heraldica. Cap. LXXXI.

ATque hinc processit heroica illa heraldorũ ars & philosophia in censendis distribuendisq; istis nobilium clypeis admodum occupata: quos aut iumentum, aut ouem, aut agnum, aut caponem, aut gallinam, aut anserem, aut aliquo horum animantium, quæ hominibus seruitute uel usui necessaria sunt, in armis gestare nefas est & infame: sed omnes à crudelibus beluis & rapacibus feris nobilitatis suæ insignia auspicari oportebit. Sic Romani aquilam, auium omnium rapacissimam sibi delegerunt, Phrygij suem perniciosum animal.

Thraces mortem, antiqui Gothi ursam, Alani Hispaniam inuadentes, catum, rapax simul & fraudulentum animal. Franci ueteres leonem, eundem etiam Saxones: sed deinde sumpserunt Franci in gallia commorãtes bufones, Saxones uero equum, bellicosum animal. Cimbri taurum ferebant, fortitudinis & roboris signaculum. Anthiocho regi aquila draconem unguibus deferens in signaculum erat, Pompeio autem ensifer leo. Attilæ coronatus astur. Quin & Romani ipsi, quibus anseres pro capitolio uigilantes salutem contra Gallos præstiterunt, ne tanto quidem beneficio induci potuere, ut anserem inter insignia referrent. Forte gallum & hircum sunt qui admittunt clypeis, siquidẽ hæc animalia constat superba & luxuriosa esse, quæ etiam præcipue nobilium dotes sunt. Eadẽ ratione & pauonem recipiunt propter fastum: & upupam, quæ ipsa etiam quid regium habere uidetur, & coronam gerit: nec obest nobilitai, ꝙ nidificat in excremẽtis: nã ipse quondã Vespasianus imperator etiam ex lotio uectigal accepit, inquiens: Lucri non esse malũ odorẽ. Iamq̃ etiã pleraq̃ minuta animalia in istis nobilium imaginibus prærogatiuam habent, si mõ exitij alicuius documenta sune, alias non admittẽda. Ex horum numero sunt cuniculi, talpæ, ranæ, locustæ, mures, serpentes, salpegæ, scolopẽdræ, a quibꝰ (Plinio autore) aliqñ abactos populos & deletas ciuitates creditum est. atq̃ eisdem rationibus nos illis etiam culices, cimices, muscas, gn & si uelint uesicas, tabes, hulcera, pestes, libentissime cõcedemus: ꝗppe istis olim Aegyptꝰ sub Pharaone & Moyse

Vespasiani sordidũ apophthegma.

flagellata est, & hodie etiam nobiliores habentur, q̃ p̃ cæteris ornantur scabie gallica. Sunt etiam qui en ses, pugiones, machæras bipennes, scorpiones, turres, arces, machinas, ignes & quęuis alia homicidiorum & perniciei instrumenta clypeis suis ingerunt. Quin & Scytharum fulmen, Persarũ arcus & pharetræ, corallorum rotæ insignia fuerunt. Similiter inter diuos, Iuppiter fulmen, Neptunus tridentem, Mars frameam, Bacchus thyrsum, Hercules clauã, Saturnus falcem sibi delegerunt. Atq; hæc armorũ insignia, quæq; pro suę crudelitatis, rapinę, uiolentiæ, fortitudinis, temeritatis, cæterarumq; nobilitatis uirtutũ expressione (heraldis decernentib9) alia alijs cẽsentur nobiliora. Quę uero clypea ijs carẽt, & minora quædã, ut arbores, flores, stellas & eiusmodi, exprimunt, ut Apollinis cithara, & Mercurij caduceus, aut sola colorũ uarietate distincta sunt, hæc prioribus illis multo recentiora minusq; nobilia sunt, quia non censentur hæc ulla militiæ fortitudine aliove sanguinis aut exitij artificio fuisse conquisita. mirum tamen quam stulta sapientia in istis astrologicantur, philosophantur etiam & theologissant paludati isti heraldi, dum fuscum & nigrũ Saturno assignant: idcirco p̃seuerantiam, taciturnitatem & patientiam illi adscribentes, sapphyreum autẽ & azurinum, fidem, ac iuxta Gallorum opinionem zelum significare uolunt, Iouẽ illi p̃ponentes. In rubro irã uindictamque expon[illegible] , ob furibundi Martis dñium. Auri flauus color Soli dicatus, hũc ob sui metalli precium, atq; solis lucidissimum splẽdorem, desiderium ac lætitiam significare dicunt.

Diuorũ insignia.

Venerem præficiunt purpureo acuiridi: purpureũ roseo nitore arridentem amorum significare dicũt, sed Galli proditionis astutiam illi adscribunt. Viridis autem omnium consensu spem denotat: uirescentibus enim agris, fructus speratur. Albus color lunæ adscribitur, q cum sine mixtione simplex sit, omnis tamen mixtionis facile susceptiuus, puritatẽ, simplicitatem, aptitudinem signare uolunt. Cæteros omnes mixtos colores adiudicant Mercurio, q ut ipse uagus est & uarius, ita omnes illos uarietatem animi exprimere. nã cineritius nigro uicinior, angustiã: carneus, quasi remissi sanguinis, occultũ animi dolorem, uel secretum absconditumq́ cogitatum: palearis uero & clarus & obscurus uelut decidentium foliorum, & arescentium herbarum, desperationem & suspicionem pro significatis habent. Longum esset referre, cuiusmodi næniasex humoribus, & complexionibus & temporibus anni, mensibus & diebus, mundi angulis & uentis, signis, planetis, plantis, lapidibus, ipsisq́ ecclesiæ sacramentis & mysteriis huc affingunt, & fere totam Apocalypsim ad has fabulas suas demigrare cogunt. Atque hæc est illa heroicorum heraldorum heroica philosophia. Hic finem facturus eram huius negocij, nisi occurrisset mihi præterisse me heraldorũ originem: hunc itaq́ sermoni huic appendere libet, Heraldos ab heroib9 deducit Aeneas Syluius. Erãt autẽ Heroes ueterani milites, quos solos heraldos asse decet, atque sic herald Teutonicum uocabulum significat, uidelicet, senem in armis, siue ueteranũ militem. Sed hodie seruiles quidam homines, cadu-

Colores mixti.

Heraldorũ origo

ceatores & nuncij feciales, etiam qui nunquam mili-
tauerunt, id officij assequuntur. Priuilegia autem of-
ficiaq́; heroaldorum ex antiquissimis seculis in hũc
usq; diem durant. Primus eorum autor fuit Liber
pater, qui subacta India illos in hæc uerba initiauit:
Ego uos hodie militiæ laboribusq́; absoluo, ueterα-
nos milites esse uolo, heroasq; uocari: munus uestrũ
erit reipublicæ consulere, sontes arguere, laudare
probos: cęteris muneribus uacabitis. quocunq; gen-
tium terrarumq; ueneritis, uictum uobis reges ue-
stitumq; dabunt. honoratiores apud omnes eritis, xe-
nia uobis principes offerent, suasque uestes condona-
bunt. stabit fides dictis uestris, mendacia horrebi-
tis, proditores iudicabitis: qui fœminas male ha-
bent, infames hos ad euerabitis: in omni terra liber-
tas uobis esto, securusque uobis transitus & incola-
tus. Si quis uos, uestrumque uerbo factove angari-
auerit quempiam, gladio ferietur. Adiecit post mul-
ta tempora istis heroum priuilegijs Alexander Ma-
gnus, ut auro, purpura, coccineis que uestibus & pa-
ludamentis uti possent: quin & arma regia & insi-
gnia deferre, quouis gentium terrarumq; loco fue-
rint. Si quis hos manu pulsasset, aut uerbo lesisset,
cum proscriptis bonis etiam capitis reum esse. Sic
Thucididem, Herodotum, Didymum, Megasthonẽ,
& Zenophontem tradere idem Aeneas refert. Ter-
tio deinde Octauianus Augustus, constituta Roma-
na monarchia, illos hac lege decorauit. Quisquis es
qui per decennium nobiscum militaueris, si modo
quadragenarius fueris, siue eques, siue pedes,
stipendia merueris, militia post hoc uacato.

heros esto, ueteranusq; miles: nemo te ciuitate, foro, tẽplo, hospitio, domo prohibeat; nemo tibi crimen adscribat, onus imponat, pecuniam ex te quærat: si quid peccaueris, solã Cæsaris uindictã expectato, quicquid turpitudinis admiserint homines, te iudicem propalatoremq; timeãt, seu priuati, seu principes fuerint: quod dixeris affirmaurisq;, nemo falsum arguet, libera & aperta tibi omnia itinera locaq; sunto, in ædibus principum mensa tibi cibi potusq; esto, stipendia quibus te tuamq; domum serues, ex publico quotãnis habeto: quam legitima face duxeris uxorẽ, cæteris fœminis præferatur: quem exprobraueris infamemq; dixeris hic reprobatus homo & infamis esto: arma insignia nomina & ornamenta heros ferto, quę reges decẽt, quę dicere aut facere uelis, ubiuis gentium, locorum nationumq; facito. Si quis iniurius fuerit, ceruice careto. Postremo Carolus Magnus translato ad germanos imperij nomine, pro deuictos Saxones & longobardos Cæsar & Augustus appellatus, illos hoc honore donauit, inquiens: Milites mei uos heroes uocabimini, socij regum & iudices criminũ: uiuite posthac laboris expertes, consulite regibus publico nomine, turpia corripite, fauete fœminis, iuuate pupillos, concilio circundate principes, ab his uictum, uestitum, stipendiumq; petite: si quis negauerit, inglorius, infamisque esto: si quis iniuriam uobis intulerit, reum se læse maiestatis agnoscat: Vos autem caueritis, ne tantum decus, tantumq; priuilegium, iusto bellorum labore partũ, aut ebrietatis, aut scurrilitatis, aut alio quouis uitio maculetis, ne quod uo

bis largimur ad gloriam, redundet ad pœnam, quã de uobis sumendam, si forsitan excesseritis, nobis & successoribus nostris Romanorum regibus, perpetuo reseruamus. Atque hæc est Heraldorum magnificentia, quibus antiqua consuetudine temporũ magnos sese æstimant, quia impune maximis obtrectare illis permissum est.

De Medicina in genere. Cap. LXXVIII.

SEd iam a militia & nobilitate ad medicinã properemus, quæ ipsa etiam quædam homicidiorũ ars est, prorsus mechanica, licet philosophiæ titulo se traduci posse p̃sumat, ac supra iuris prudentiam proximas theologiæ sedes ambiat, unde maxia inter medicos & iuristas contentio est. Argumentãtur enim medici: Cum triplicia sunt bona ex ordine, animæ, corporis, fortunæ: priora curat theologus, secunda medicus, tertia iurisconsultus: hinc medicis medias quoq; sedes deberi supra iuriscõsultos, quãtum corporis robur & sanitas, fortunę diuitijs pręstat. Sed hanc litem nescio quis prætor lepida interrogatione diremit. quæsiuit enim ex litigantibus illis, quis mos & ordo seruaretur in educẽdis ad supplicia reis, uter p̃cederet & sequeretur, latro ne an carnifex? Cũ r̃nderent, p̃cedere latronem, sequi aũt carnificem. dedit ille sententiam: pręcedant ergo iuristę, sequantur medici. horum insigne latrocinium, istorum temeraria homicidia notans. Sed ad medicinam redeamus, eius plures hęreses sunt: Nam est una quam rationalem, siue sophisticam, siue dogmaticam uocant, eamque Hippocrates, Diocles,

Chrysippus, Caristinus, Paraxagoras, & Herosistratus secuti sunt, quam etiam Galenus his longo tempore posterior adprobauit, qui præ cæteris insequutus Hippocratem, totam medēdi artem ad causarum agnitionem, signorum notitiam, rerum quaqualitates, & corporum diuersas habitudines gradusque reuocauit. Sed hæc hæresis cum circa uoces potius quam circa res ipsas uersetur, naturalis philosophiæ fateor non infima pars est: medendis tamen ęgrotantibus non admodum necessaria, ne dicam uel perniciosa, ut quę hominum salutem sanitatemq; ad contortia quædam sophismata relegat potius quam ad syncera, quibus morbis mederi possit, medicamina, & scholasticis syllogismis occupata, solitudinum & saltuum hortorumq; nescia, ignorat herbas & medicinam: quocirca Serapion hanc rationalem medicinam nihil ad medendi artem pertinere professus est. Est itaque alia medices factio prorsus quæstuaria & mechanica, à qua usque in hunc diem medici suum nomen habent. Hanc idcirco operatricem uocant, in empiricam & methodicam dispartitam, de hac nobis hic sermo est. Empiricā itaque ab experimentis appellant, cuius principes Serapion, Heraclides, & ambo Apollonij fuere, quos postremo ex Latinis M. Cato, C. Valgius, Pomponius Lætus, Cassius Felix, Aruntius, Cornelius Celsus, ac Plinius, & plerique alij secuti sunt. Ex hac deinde methodicā construxit Hierophilus Chalcedonius, & ex longa rerum omnium magistra experientia ad certas regulas adegit, quam postea ualidissimis argumentis probarunt Asclepiades, The-

mision, ac Archigeres: compleuit aũt Thesillus Italus, qui (ut autor est Varro) cuncta superiorũ placita sustulit, ac uelut rabie quadã in cunctos prioris æui medicos perorauit. Post istos uero complures externarum gentium barbari philosophi de ea scripsere, inter quos adeo creuit Arabũ gloria, ut huius artis inuẽtores plurimis uisi sint, facileq́ id se posse contendere uideantur, nisi ipsa originalia græca & latina nomina ab illis usurpata, aliã artis originem indicarent, Hinc Auicẽnæ, Rasis, & Auerrois uolumina pari cũ Hipocratis & galeni libris autoritate recepta sunt, tantãq́ fidem adepta, ut si quis sine eorũ placitis cuiq̃ mederi præsumat, is publicam salutẽ palam decoquere uideatur. Hæ aũt medicorum factiones licet paucæ sint, non tamen minor inter eos contentio est & opinionũ pugna, quã inter philosophos. Nam de spermate quod genitale semen est, audite quis annilibus ratiunculis certant, Pythagoras illud utilissimi sanguinis spumã, siue cibi utilissimum excrementum dixit. Plato aũt spinalis medullæ defluxum, quia nimium coeũtes dorsum & renes dolent. Alcmeon auten cerebri partem adseuerauit, ex eo quod coeuntibus oculi dolent, q̃ sunt partes cerebri. Democritus autẽ ipsum ab omnibus corporis partibus deriuatum ait, & Epicurus a corpore & anima conuulsum. Aristoteles alimenti sanguinei excrementũ, quod ultimum in membra dirigitur. Cæteri putant sanguinem esse testiũ calore decoctum & dealbatum, ea duntaxat moti ratione, q̃d ultra uires coeuntes, sanguinis guttas eijciant. Porro Aristoteles, & Democritus nil dicunt

Arabes medici.

mulieris semen ad generationem conferre, neq; germen illas, sed particularem quendã sudorem emittere. Galenus illas & sperma licet impefectũ germẽ mittere ait, & utrorumq;, uiri & mulieris semẽ fœtum constituere. Cæterum, Aristoteles corpora animalium ex sanguine proxime uult generari, & immediate nutriri, sperma quoq; ex sanguine generationem habere. Hippocrates contra, corpora animalium ex quatuor humoribus primo coagulari. Sed & multi ex Arabibus putarunt animalia perfecta absq; maris & fœminæ permixtione generari, ac sine semine produci: & propterea dicebãt matrices nõ esse necessarias nisi per accidens. De causis autem morborum originalibus agentes, Hippocrates illas in flatu siue spiritu collocat, Hierophilus in humoribus, Erasistratus in arteriarum sanguine, Asclepiades ex atomis per corporis inuisibiles porosillapsis illas rimatur, Alcmeon ex corporalium potẽtiarum exuperantia uel inopia, Diocles ex inæqualitate elementorum corporalium aeris'q; halitu. Strabo ab alimenti exuperantia cruditate'q; & eius corruptione omnes morbos fieri solummodo putat.

De ciborum autem conuersione non minus discrepant. Nam Hippocrates, Galenus, Auicenna, in stomacho cibos per calorem concoqui affirmant, Erasistratus hæc in uentre fieri contendit, Plistonicus & Paraxagoras non concoqui modo, sed putrescere aiunt: quin etiam Auicenna, & eius expositores, Gentiles & Iacobus de Forliuio, non fine insigni errore, stercus in stomacho generari tradunt: Asclepiades autem & eius æmuli non concoqui ci-

bos, ſed crudos in corpus omne diuidi putant, qui insuper omnium ſuperiorum dogmata uana & superuacua eſſe dicunt. Tranſeo urinarum iudicia ab illis necdum perfecte cognita, pulſuumque dieſes incomprehenſas, Iam uero & Hippocrates, quem ipſi pro deo colunt, ab aliis in pleriſque nō tàm diuerſum ſentit, quam turpiter errauit. Nam in libro de natura infantis ait: Generatur ex luteo oui auis, nutrimentum autem & augmētum habet album q̃d in ouo eſt: quod falſum probat Ariſtoteles in libro de animalibus, & in libro de generatione animaliū diſputans contra Alcmeonem, qui cum Hippocrate ſentiebat, cōcludit: Origo pulli in albumine eſt, cibis per umbilicum ex luteo petitur: cui ſententiæ adhæret etiam Plinius inquiens. ipſum animal ex albo liquore oui corporatur, cibus eius in luteo eſt. Nonne etiam ille Hippocratis aphoriſmus mendax eſt? Mulier non podagrizat, niſi menſtrua illi defecerint: cum multæ fœminæ, quibus etiem mēſtrua fluunt, podagras patiantur. Hippocratis error.

De medicina operatrice. Cap. LXXXIII,

Tota prẹterea medendi opatrix ars nullo alio fundamēto quam fallcibus expimentis ſup extructa eſt, ac tenui ægrotantium credulitate roborala, non minus uenefica q̃ benefica, ut ſæpiſſime & fere ſemp plus piculi fit a medico ac medicina, q̃ ab ipſo morbo: q̃d quidē & ipſi huius artis principes ingenue fatent, uidelicet Hippocrates, dicens artē hanc eſſe difficilem, & expimento fallacē.

& Auicenna, inquiens, fidem ac spem ægri erga medicum & medicinam, sæpe plus efficere, quam ipsam cum medico medicinam: & galenus, difficile posse reperiri medicamen, quod plurimum profit, ac non simul in aliquo obsit: atq; alius quidam ex illis ait, medicinarum notitia delectabilis est, ut reliquorum omnium quæ arte & regulis constant, operatio autem secũdum medicinam à casu est. Erant igitur infortunati ægri, ac pericilosis experimẽtis & casui fidem habeant, sed tam blanda est cuiq; pro se sperandi dulcedo, ut ait Plinius, ut cuicunq; se medicũ profitenti statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius. Hinc est quod sæpissime salus illic quæritur ubi mors est, quippe medicorum hic optimus creditur, quem particeps lucri commẽdat pharmacopola, qui cũ illo colludit, cuius seruulos etiam medicus sibi sub stipe deuincit, qui lenocinio fungentes, illum apud miseros ægros collaudando præferunt: magnæ quoque præstãtiæ medicus est, quem usurpata pomposa uestis, & intermicãtes crebris hyacinthis digiti commẽdant, & cui remota patria, uel longa peregrinatio, aut diuersa religio (ceu Iudæus uel Maranus) ad fallendũ efficacissima frõtis impudentia, magnorum'q; remediorum cõstans; concussis mendacijs, iactantia, autoritatem, famam fidemque conciliarunt. Et cui pertinax cõtentio, ac multæ semper in ore cum semigræculæ, tum barbaræ uoces: & multa autorum suorum noĩa doctrinæ fecerunt opiniõem, atq; sic instructus, plus q̃ plumbea grauitate, sed audacia pene militari, medẽdi practicam tunc hac hypocrisi adgreditur. Primum in-

Ordo q̃ medici ægros tractant

uisit ægrum, respicit urinam, tangit arteriam, inspi cit lingnam, palpitat latera, explorat retrimēta, sci re uult uictus consuetudinem, & si qua etiam secre tiora sunt inquirit, ac si per hæc libret elementa, & ueluti in statera expendat humores ægrotantis, fabulaturque egregie: deinde magna iactātia præscribit medicamina, recipe catapotia, mitte sanguinem, fiant clysteria, fiant pessi, fiant unctiones, fiant cataplasmata, dentur elinctoria, dentur mastica toria, fiāt gargarismata, fiant sacculi, fiāt fumi, den tur condita, dentur syrupi, dentur aquæ, exhibeantur teriacalia: quod si leuiuscul9 sit morb9, & ęger delicatulus, excogitabit blandimenta, & quæcunq; mulierculis effœminatisq; uiris grata atque iucunda putat, magna autoritate præcipit, iam suspenso molli grabatulo aut fontalis aquæ in peluim stillantibus guttis, somnos allicit, iam fricatiōibus, stu fis, cucurbitulis, morbum extenuat, iam balneis, ther mis, cibisq; delicatioribus, ac cæli mutatione extenuatum ęgrum reficit: ut autem magnæ autoritatis habeatur, & simul admirationi sit, horas obseruan do, physicas allegationes, suspēsionesque adnecti facit, nec nisi ex ephemeride mathemati.a pharmaca potionesq; ministrat: quin & in pharmacopolē sibi imperium arrogat, & se coram omnia dispensa ri iubet, seseq; meliora aromata deligere simulat, cū sæpe nesciat sophisticata a ueris discernere, resque ipsas nomine tenus penitus ignoret. Si uero diues sit æger, aut magnæ autoritatis, tunc quo plus sibi compendij atq; famæ accessurum sit, morbum quantum potest protrahit, ac non nisi paulatim re-

stituit, etiam si posset semel uno pharmaco morbū depellere, nonnunquam uero medicamētis suis exagitato morbo, priusquam illum tollat, hominem ad extremum uitæ discrimen adducit, quo illum tunc abs grauissima & periculosissima ægritudine liberasse prædicetur. Quod si quādoque in manus suas æger incidat grauiori morbo conflictans, cognoueritque perniciosum esse malum, & cuius dubius sit euentus, tunc istis ingreditur stratagematib9 austero uultu uiuendi leges præscribit, iubet insolita, prohibet consueta, arguit oblata, execratur exhibita, comminatur exitium, & uitam pollicetur, magnaq; poscit præmia. Si dubitat de euentu, suadet cōuocari collegium, & postulat socium, quo securius medeatur, aut non raro cautius perimat, ne superueniens alius, q̄ ægrum solus restituat, famam sibi atq; laudem cum lucro præripiat. Si ægro qd male cesserit, siue illum præter spem per insignem imperitiam occiderit, hic se aut per catarri præfocatiuum defluxum, aut aliquod aliud simile subitaneum accidens, immedicabilemque casum apparenter excusat, & ægri inobedientiam, aut custodū negligentiā acriter accusat, aut incusat collegas, aut in pharmacopolam culpam protrudit: sic em̄ efficit, ut nemo ęgrotus nisi propria culpa perisse, nemo nisi medici bñficio restitutus uideatur. Iam uero medicos plerumque nequam esse suorummet testimonijs cōprobauimus. Ait enim eorum conciliator Petrus Apponus, artem medicinæ Marti esse adscriptam, qui planetarum omnium odiosissimus est, & qui ingratitudinis, iurgiorum, omnisque iniquitatis & militię

Medici nequam.

utor exiſtat. Ideoque etiam medicos ut plurimum malorum eſſe morum, cū ob Martis Scorpionisq́ influxum, tum quod ait, quia ex uili ſtipite & ſteri li originem contraxerunt, intumeſcentes demum et contumelioſi facti, cum fuerint incraſſati: hæc ille, edoctus forte Aeſculpij exemplo, quem primum medicinæ repertorem ex mente Iouis genitum, & p ſolis uitam in terris deſtinatum fabulatur antiquitas. Celſus uero hominem fatetur, ſed in deorum numerum receptum. Complures alij aſſerunt illum meretricio inceſtu ex Coronide uenuſta muliercula genitum, quam ſacerdotes in Apollinis templo adulterinis ampſexibus ſæpe ſubegerunt, qui finxerunt illum dei filium. Omnes autem in hoc conueniunt, tam ſceleſtum fuiſſe hunc deum, ut Iouis fulmine in eo coercendo opus fuerit, de quo Lactantius ad Conſtantinum imperatorem ſic ſcripſit: Aeſculapius, & ipſe non ſine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, niſi quod ſanauit Hippolytum? Mortem ſane habuit clariorem, quod à deo meruit fulminari: hæc ille: At ſunt re uera medici homines omnium ſceleſtiſſimi, diſcordantiſſimi, inuidentiſſimi, mendaciſſimi, Sic enim omnes à ſeinuicem diſſentiunt, ut nullus reperiatur medicus, qui citra exceptionem, addijtionem uel permutationem, præſcriptum ab alio pharmacum comprobet: quinimo qui lacerer, mordeat, ne uidelicet ipſe non melior medicus uideatur, ſi alterius uel optimo conſilio nihil detraxerit, uel his quæ etiam ſæpe nimis multa ſunt, non aliquid addiderit: unde tandem in prouerbium abijt

medicorum inuidia & discordia. Nam quicquid probat unus, ridet alter: nec quicquam apud eos certi, sed omnia promissa eorum nugae uolatiles, & mera mēdacia: hinc uulgus cum uult aliquem insigniter mendacem ostendere, ait illi, mentiris ut medicus, Summumq́ ingeniorum suorū opus in hic uersatur, ut in cogitandis nouis, ueterum recte facta negligantur, contemnanturq́: tum quae pauca sciunt, recundunt, aut monstrare nolunt, quasi neminem docere in autoritate scientię sit, inuidentesque alijs etiam uitam nostrā fraudāt alienis bonis. Sūt insuper plurimum supstitiosi, arrogantes, malęcō scientiae, superbi & auari, qbus illud semper in ore obuersatur, dum dolet accipe, facientes etiam, si suum ad compendium expedire crediderint, ut doleat quod sanum est, sicut legimus Petrum illum Apponium (quem conciliatorem uocant) cum Bononiae artem medicam profiteretur, tantae auaritiae & arrogantiae extitisse, ut extra urbem alicubi ad ęgrotos uocatus, non minoris quinquaginta aureis in singulos dies se cōduci pateretur, uocatus que aliquando ad Honorium tunc pontificem, quandringētos aureos in dies singulos sibi statui pactus est. Quin & Aesculapium medicinae parentem ait Pindarus à Ioue fulmine adactum auaritiae merito, eo quod medicinam nocenter, & in damnum reipublicae exercuisset. Iam uero si casu quouis fortunatus aeger in manibus eorum euaserit, fiet plausus intolerabilis, nemo sufficiet gloriam tāti miraculi decantare, Lazarum e mortuis resuscitatū narrabūt, illius uitam suum munus esse, sibi deberi, sese illum

Medici gloriae ambitiosi.

ab Orco reuocasse (usurpantes sibi, quæ solius dei sunt) continuo iactant, necullo præmio se compensari posse, aiunt. Nõnulli illorum ad id tumoris euecti sunt, ut se ꝑ dijs coli paterent, atqui Ioues sese nuncuparẽt, sicut Menecrates Syracusanus medicꝰ, q quãdoq; ad Agesilaum Spartæ regem in hæc uerba scripsisse legitur: Menecrates Iupiter, Agesilao regi salutẽ, sed illius stultitiã subridẽs Agesilaus, respõdit: Agesilaus Menecrati sanitatem. Quod si uero ęgrotorum quispiam infelicior (quod plurimum fit) inter medicorum manus expirauerit, tunc naturæ inopiam, morbi malitiam, aut ægri inobedientiam inculpant, ac artis suæ remedia ad hoc naturæ sæuientis arcanũ non extendi: sese medicos esse, non deos, curare posse sanabiles, non suscitare moribundos, nec quicquam se debere ægris præter experientiã, & huiusmodi uerbis etiam in sinistris euentibus superbiunt, & ultro q perijsse, arguunt intemperantiæ, & simul precium poscunt cum occiderint suis pharmacijs, q sine illis uiuere potuissent, ægros pariter & fama, & pecunia, & sanitate, & uita, spoliantes, secura interim conscientia: cum, quia error eorũ (quod ait Socrates) terra tegit, tum, qa irremeabilis est mortuorũ regio, quo minꝰ redire possunt, q̃s illi illusos inanibꝰ uerbis, & medicamentis noxijs infectos, ante diem in tarrara pręmittũr, ne contra illos spoliatę uitæ & pecuniæ repetundarum agant. Sunt ꝑterea medici plerunq; cõtagiosi, & ab obiectis urinis & stercoribus fœtulenti, lotiolenti, sterculẽti, & ipsis obstetricibus sordidiores, ac sensibus oĩbus infecti, dũ oculis obscœna quęq;

Excusatiões medicorum ægroto mortuo.

& fœdissima conspiciunt, auribus pariter & naribus ęgrotorum tuctus, ventrisque crepitus, & infecti aeris halitus, flatus pedoresq; excipiunt, labris ac lingua atras letheasq; potiones prægustant, manibus stercora & purgamenta explicant, ægrotorumque horridæ imagines & umbræ nocte dieq; phantasię eorum obuersantur, innumeraq; homicidia cōsciētiam eorum perturbant: totum denique illorum studium, sermo, ratio, oratio, spiritus, & ingenium non nisi circa tristia, fœda, tabida, horrida mortis & morborum genera uersatur: totumq; eorum exercitium est in locis fœtidis, squalidis, & uilibus curis, & obscœno artificio constant, semper ægrotorum matulas, cloacas, & latrinas infamis lucri causa ambientes, atque tanquam upupa auis sordida ex humanis stercoribus nidificantes. An non uidetis illos quotidie quomodo obuinctis digitis, lutosis latifundijs, uultu turbulento aut pallenti continuo obambulaut ciuitatem, ac præcipiti incessu, uilissimi spe lucelli discurrunt ab apotheca in apothecam, quærentes & mendicantes, sicubi qs lotium inspectandum, uel concham offerant stercorariam, quę etiam prægustare solitum aiunt Hippocratē, ut inde morbi naturam melius persentiret: quod pleriq; etiam Aesculapio adscribunt, quem Aristophanes idcirco scatophagum uocat, quo uerbo significantur qui ciborum uescuntur superfluitatibus, quod nomen deinde ad medicos omnes deriuatum est, ut eos scatophagos & scatomantes, hoc est, merdiuoros, & merdarum inspectores uocemus. Hinc scatomantia, oromantia, drimymantia dicuntur, diuinationes seu

prognostica medicorum ex stercoribus & urinis de prompta. Hinc apud multas nationes mechanici isti medici olim infames habebantur, atq; adeo ut (teste Seneca) etiam grauissima infamia haberetur medici opus quærere, & hodie adhuc plerique populi medicos pariter & obstetrices & carnifices à mensis & conuiuijs excludunt, aut nō nisi secretis separatisq; patinis calicibusque excipiunt: quocirca stomachari hic licet in detestabilem illum multorum principum morem, qui tam pestilentes homines ne dum ad matutina cubicula, sed & quotidianis ægrotantium congressibus, recentibus semper pestilitatis uaporib; infectos, etiam mensis admittunt, quin adhibeat quis medicum conuiuio, inter ipsos cibos & pocula de stercore, urinis, sudoribus, sanie, uomitu, menstruis differet, atque epilepsias, lepras, hulcera, scabies, & pestes tractabit, totumque alioqui lautissimis obsonijs paratissimum conuiuium, sermonum suorum impuritate in nauseam conuertet. Adhibete etiam medicum, si uultis, ciuilib9 cōsultationibus, nihil illo ineptius, insultiusq;, idque forte, cum qa medicorum disciplina (quod eorū ait conciliator) non est de uirtutibus nec bonis moribus, tum q; (ut idem ait) naturaliter probus medicus, malorum morum esse debeat: & nos scim9 apud multas ciuitates decretis publicis & plebiscitis cautum esse, ne medici in concilium admittantur, nec magistratum gerant, forte non tam, quia inepti, leues, male morigerati, quàm quia semper sordidi, & ægrotantium recrimētorumq; assidua attrectatione adeo contagiosi, ut non solum ꝓpinquantes sibi homines, sed etiā

ſubſellia inquinent, & marmora inficiant, ut elegan ter de quodam medico cecinit Lucilius græco epi grammate, ab Auſonio ſic latine reddito:

Alcon heſterno ſignum Iouis attigit, ille
Quanuis marmoreus uim patitur medici,
Ecce hodie iuſſus transferri ex æde uetuſta,
Effertur, quanuis ſit deus atque lapis.

Quando uero in ſuam medicam conſultationem coeunt, q̄d ea nocte minxerit & cacauerit æger exa minaturi, ac tanquam Laconum Ephori de uita ac nece pronunciaturi ſententiam, mirū, ſed dolendum, quam tunc miſeris altercationibus, nullo idem cen ſente, circa ægri lectulum concertant, qua ſi non ad curandum, ſed diſputandum conducti ſint, atque ægro ipſo, cui (iuxta græcū Menandri uerſiculum, latine autem inquientis: Medicus garrulus ægro tanti alter morbus) oĩs fere ſermo moleſtus eſt, illorum oratione non opera opus ſit, ac productis ad oſtētationē ſuam ſcholaſtico more aliquot apho riſmis, quos ad omnem uſum ſemper eoſdem para tos habent, inuocatisq; Hippocrate, galeno, Auicen na, Raſi, Auerroe, Conciliatore, cęterisq; ſuis dn̄s quorum noīa & tituli illis ꝓ doctrina ſatis ſunt ad cōciliandum ſibi apud imperitum uulgus fidem, do ctrinæq; æſtimationem, ubi de cauſis, de ſignis, de affectibus, de humoribus, de die cretica, aliquandiu ſerioſe, ſed indeciſa diſcordia digladiatum eſt, tan dem de adhiben do remedio, quod caput & cauda to tius negocij eſſe debuerat, frigidiſſimo decreto trāſi gunt: atq; ut eſt eorum inter ſe mutua inuidia, nullo illorum ſua ſecreta (ut uocant) æmulis ſuis commu

nicare uolenti, tanquam ipsis periturũ sit quod tradiderint aliis, ad cõmunem methodicã recurrunt: q̃ si illos destituant, ad empiricã, tanquã ad sacrã ancoram confugiunt: ut quem ratio non restituit, adiuuet temeritas, satius esse inquientes anceps experiri auxilium, quam nullum: uel egrum ipsum, si minus sunt illi propicii, atque illos (ut ait Ecclesiasticus) languor prolixior grauet, prognosticis relinquũt, dicentes, quia desperatis Hipocrates uetat adhiberi medicamina: aut si paulo religiosiores sunt, morbum in diuorum aliquem reiiciunt, uel extremum p̃scribunt pharmacum, quod erit: Recipe tabellionem unum, testes nomine septem, adde sacerdotem cum aqua & oleo benedictis quantum sufficit, & dispone domui tuæ, quia morieris. Hinc Rasis conscius profecto ægrotantium credulæ stultitiæ, tum medicorum contentiosæ inscitiæ, utrique & ægro & medico non incaute consulens, suadet in aphorismis suis, tantum unum medicum fore eligendum, quia unius (inquit) error, magnam infamiam non inducit: & unius utilitas, quam in ægro efficit, collaudatur: qui autem quam plures medicorum adhibuerit, is in errorem incidit plurimum. hæc Rasis. Attestaturq́; huic uetusta illa monumenti inscriptio, turba se medicorum periisse. atque illud græcum prouerbium: Multorum medicorum introitus, ægrum perdidit. Illud etiam moribundi iam Adriani imperatoris dictum: Medicorum turba principem perdit. Nullum igitur pro conseruanda uita sanitateq́; utilius consilium, quam abstinere a medicis. Corporis enim sanitas Deo debetur, non

Rasis sceleratũ consiliũ

medicis, ideoq; Asa rex Iuda corripitur a Propheta Domini, quia in infirmitate sua non quæsiuit Dominũ, sed in arte medicorum confisus est: quorũ quidem consilijs qui se tradiderint, sani esse non poterunt: nec enim uita ulla misera magis, quã quæ sub eorum auxilij fiducia ducitur. Esto uerũ, sciãt medici, atq; utinã scirent, oẽs uires & potestates elementorũ, radicũ, herbarũ, florũ, fructuũ, seminũ, etiam animalium & mineralium, omniũq; quæ parens natura producit, tamen non possunt omnibus ijs uirtutibus hominẽ nedum immortalẽ facere, sed quod minus est, nec leui quouis morbo ægrotantẽ sp sanare. O quoties medicamen quod prodesse debuerat, non profuit: & quod debuerat excernere non excreuit. quoties recidente ægro remedicandũ est, & tandem post multos labores & sumptus, uel tunc uel paulo post, etiam uel astantibus medicis, moriendũ est. Quæ ergo nunc spes nobis in medicis reposita est, si (quod ipse eorum ait Hipocrates) experientia fallax sit? Quid certi possunt promittere medici, si uerum est quod Plinius scribit, nullam artem medicina inconstantiorem esse, etiam num sæpius immutari? Multæ gentes olim fuerunt & adhuc sunt absque medicis degentes, quas uidemus ultra decrepitam ætatem robustas, & supra centenarios annos uiuere: contrario istos delicatiores populos, qui medicorum promissis & opera uiuunt, ut plurimum media ætate senescere & occumbere. quin & ipsosmet medicos plus cæteris hominibus, & quasi semper ægrotare, ac immaturiore ætate decedere. Hinc ille Lacon cuidam dicenti, nihil mali habes, respon-

dit,quia non utor medico. illo'q; iterum dicente,senex factus es,respondit,quia nunquã usus sum medico,ostẽdẽs nullã esse ad sanitatẽ & senectutem certiorem uiam,quam medicis caruisse. Quod si dicat quis multos medicorũ auxilio conualuisse, respondebimus illi,contra plures etiam occubuisse,quibus medicorum opera nihil profuere obijciemusq; illũ Ausonij uersiculũ,inquientis:

Euasere fati ope,non medici.

Olim enim Arcades nõ medicaminibus utebantur, sed(quod narrat Plinius)uerno lacte utebantur, quoniã tunc maxĩe suxis herbæ turgerent,mederẽturq; uberiores pascuæ:eligebant autẽ p̃ cæteris lac uaccinũ,quia illæ omniuorę sunt in herbis. Lacones, etiam Babylonij,Aegyptij,Lusitani, Herodoto ac Strabone testibus,medicos omnes respuebãt: lãguẽtes uero in forum & plateas efferebant, ut qui simili morbo tentati effugissent,aliũve euasisse nossent, illis expertis in se consulerent remedijs,arbitrãtes, quod etiã Cornelius Celsus adserit,ad ipsam curãdi rationẽ nihil plus conferre quã experientiã, qua constat doctissimos medicorũ abs rustica anu sepissime uictos, illamq; unica planta seu herbula illa pfecisse, quę famatissimi medici non potuerunt cum omnibus suis p̃ciosis elaboratisq; pharmacijs. Nã illi dum inexplicabilibus prodigiosisq; mixtiõib9 (cum tot dederit natura,quę singula sufficiant remedia,cõfundentes p cõpositã diuersarũ rerũ complexionẽ morbos pellere nituntur, coniectura magis quam causa aut ratione incedunt, totamq; medendi artem,non nisi casum aut coniecturam faciũt.

medicis, ideoq́ Asa rex Iuda corripitur a Propheta Domini, quia in infirmitate sua non quæsiuit Dominũ, sed in arte medicorum confisus est: quorũ quidem consilijs qui se tradiderint, sani esse non poterunt: nec enim uita ulla misera magis, quã quæ sub eorum auxilij fiducia ducitur. Esto uerũ, sciãt medici, atq; utinã scirent, oẽs uires & potestates elementorũ, radicũ, herbarũ, florũ, fructuũ, seminũ, etiam animalium & mineralium, omniũq́ quæ parens natura producit, tamen non possunt omnibus ijs uirtutibus hominẽ nedum immortalẽ facere, sed quod minus est, nec leui quouis morbo ægrotantẽ sp sanare. O quoties medicamen quod prodesse debuerat, non profuit: & quod debuerat excernere non excreuit. quoties recidente ægro remedicandũ est, & tandem post multos labores & sumptus, uel tunc uel paulo post, etiam uel astantibus medicis, moriendũ est. Quæ ergo nunc spes nobis in medicis reposita est, si (quod ipse eorum ait Hipocrates) experientia fallax sit? Quid certi possunt promittere medici, si uerum est quod Plinius scribit, nullam artem medicina inconstantiorem esse, etiam num sæpius immutari? Multæ gentes olim fuerunt & adhuc sunt absque medicis degentes, quas uidemus ultra decrepitam ætatem robustas, & supra centenarios annos uiuere: contrario istos delicatiores populos, qui medicorum promissis & opera uiuunt, ut plurimum media ætate senescere & occumbere. quin & ipsosmet medicos plus cæteris hominibus, & quasi semper ægrotare, ac immaturiore ætate decedere. Hinc ille Lacon cuidam dicenti, nihil mali habes, respon-

dit,quia non utor medico. illoq; iterum dicente,senex factus es,respondit,quia nunquã usus sum medico,ostẽdẽs nullã esse ad sanitatẽ & senectutem certiorem uiam,quam medicis caruisse. Quod si dicat quis multos medicorũ auxilio conualuisse, respondebimus illi,contra plures etiam occubuisse,quibus medicorum opera nihil profuere·obijciemusq; illũ Ausonij uersiculũ,inquientis:

Euasere fati ope,non medici.

Olim enim Arcades nõ medicaminibus utebantur, sed(quod narrat Plinius)uerno lacte utebantur, q̊niã tunc maxĩe suxis herbæ turgerent,mederẽturq; uberiores pascuæ:eligebant autẽ p̄ cæteris lac uaccinũ,quia illæ omniuorę sunt in herbis. Lacones, etiam Babylonij,Aegyptij,Lusitani,Herodoto ac Strabone testibus,medicos omnes respuebãt: lãguẽtes uero in forum & plateas efferebant, ut qui simili morbo tentati effugissent,aliũve euasisse nossent, illis expertis in se consulerent remedijs,arbitrãtes, quod etiã Cornelius Celsus adserit,ad ipsam curãdi rationẽ nihil plus conferre quã experientiã, quã constat doctissimos medicorũ abs rusticaanu sepissime uictos, illamq; unica planta seu herbula illa p̄fecisse, quę famatissimi medici non potuerunt cum omnibus suis p̄ciosis elaboratisq; pharmacijs. Nã illi dum inexplicabilibus prodigiosisq; mixtiõibꝰ (cum tot dederit natura,quę singula sufficiant remedia,cõfundentes p̄ cõpositã diuersarũ rerũ complexionẽ morbos pellere nituntur, coniectura magis quam causa aut ratione incedunt, totamq; medendi artem,non nisi casum aut coniecturam faciũt.

Hæc autem unius simplicis medicinæ uim & quali tatem cognoscēs, solidis expertisq; naturæ uiribus difficiles soluit ægritudines. Rursus illi per preciosa & ab extremis Indis, aut gadibus quæsita, persuadentes nisi preciosa non prodesse, magno impendio uenalem sanitatem promittunt: hæc inuentu facilimis, uulgoq; paratis, & quas in hortis suis quisq; facile habet, domesticis plãtis, sanitatem nõ tam promittit, quã restituit. Præterea hi ex fallacibus libris, & pictis codicillis edocti, difficillimã medicandi operam, audaci quadam temeritate, cultuque garrulitate ad quęstum usurpant. Hęc e terris & terris & agris singulas plãtas, earũq; colores, figuras, sapores, odores, uarietates cõtẽplata & edocta, & quid in morbis reliquisq; casib9 possint experta, gratis cuiq; certissima dat remedia. Ipsi etiam medicorum pręcipui confitentur se à mulierculis plurima excellentissima remedia didicisse, & digna quæ ipsi libris suis insererent, & veluti potiora posteris cõmunicarent, quale contra capitis dolorem extollit Auicēna medicamẽ à muliere traditũ. Quod si medicina, quę sanitatis temperamentum afferre debet, consistit in ꝓportione & temperamento rerum adinuicem, cum inter se, tum etiam cum qualitatibus corporis cui tribuuntur, atq; antiq̃rum medicorum hæc diligentissima cura fuit in proportionandis & contemperandis medicaminibus, per iusta & harmonica pondera, relinquentes posterioribus hęc deinceps proportionanda ægrotorum corporibus, quæ est ista audacia atq; impudentia, hęc non solum immutare, sed illis etiam superaddere, penitusve ne-

Medici a mulierculis multa edocti.

gligere aut ignorare? Vnde fit, q̊d ſicut conſonans pharmaci temperamentum ſanitatem adferre debe-ret, ita illius diſſonantia dolorē, horrorem, exaſpa tionem morbi, & nõnunquam mortem inducit, ideo que tutius medetur ruſtica anus, uno aut altero hor tenſi & naturæ opera abſoluto medicamine, q̃ me-dicus ille cum ſuis prodigioſis, ſumptuoſis, & du-bia coniectura conflatis pharmacijs. Fuerunt illius ſententiæ multi & excellentiſſimi philoſophi & me dici, uidelicet non niſi ſimpliciſſimis rebus meden-dum eſſe. Hinc ſimplicium uires perſcrutati exper-ti'q́, de illis poſteris nobis egregia uolumina reli-querunt, quale Chryſippus de braſſica, Pythago-ras de ſcylla, Marchion de rafano, Diocles de rapo, Phanias de urtica, Apuleius de betonica, & multi alij antiqui de alijs conſcripſerunt. Sed hos illi offi cinarũ medici non ſolum non curãt, ſed etiam irri-dent, ſimplices appellantes q ſtudeant ſimplicibus. Hos igitur medicos (dico quidem qui per ſimplicia medentur) nõ tam conſulendos, q̃ etiam ſequendos eſſe nulli diſſuadeo. Verũ illos officinarũ cultores, tanq̃ ſortilegos & maleficos cõſulo fugiendos & ꝓ pellendos, q ſuis prodigioſis compoſitionibus de malis noſtris negociantur, & ſuper uitam noſtram mittunt ſortes. Nã cum compoſita medicamina ex multis diſparibꝰ & pugnantibus ſpeciebus cõflari neceſſe ſit, impoſſibile aut ſaltem difficilimũ eſt in illis aliq̄d certi poſſe ſtatuere medicũ, niſi ſola opi nione, æſtimatione, cõiectura, cumq́; innumerę ſæ-peres ſint, q̃ ſingulæ prodeſſe poſſe uident̄, ea ſola congerit medicus, quæ ſors uel caſus memorię ſuæ

tunc obtulerit, aut in quæ alio quouis intrinseco siue occulto instinctu fuerint propensior. Vnde fit, ut compositum illud pharmacũ non tam ab ingredientium simplicium potentia, quã a medici fausta uel infausta effectione sortiatur uirtutẽ effectum, quatenus ille occulto quodam influxu, siue naturali siue cælesti siue dæmoniaco, siue fortuito plus ad hæc quam ad alia eligenda inducitur. Atque hoc est quod communiter dicitur, atq; ipsi fatentur, medicum unum esse alio fortunatiorem, ac sæpissime indoctum docto feliciorem. Quin & uidi ego, & noui medicum uirum literatissimum tam infelicem, ut e multis ægris uix paucissimi e manibus eius salui euaderent. Noui & alium semisciolum qui omnes ferme ægros suos, plerosq; etiam ab alijs pro deploratis derelictos, feliciter sanaret. Quin & memini me legisse de medico, in cuius manibus quicunq; nobiles & magnates incidissent, euaderent, plebeij omnes & rustici perirent, aut grauiter periclitarentur. Videre igitur nunc facile est, hanc officinariam medicinam, in qua pluris potest medici fortuna q̃ doctrina, totã aut pro maxima parte sortilegã esse, ideoq; procul pellendam atq; tanq̃ ueneficam & sicariam esse damnãdam. Proinde Romani quõdam sub Catone Cẽsorio medicos oẽs & urbe tota et tota Italia pepulerunt eorũ funesta mendacia, crudelitatẽq; auersati, q; uidelicet multo plures occiderẽt q̃ sanarẽt: tum quod uenenorum peritissimi, odio, ambitione aut lucro facile adduci possent, ut uenenum ministrent pro remedio, & pacta mercede hominum uitæ insidientur: sicut Pyrrhi medicus, siue

is Timochares fuerit (ut uult Gellius) siue Nicias, ut alij, qui Fabricio promiserat se dominū interfecturum medicina: quod facinus auersatus Fabricius, Pyrrhū quamuis inimicum monuit per epistolam, caueret a medico, de quo Claudianus ita inqt:

Romani scelerum semper spreuere ministros.
Noxia pollicitum domino miscere uenena,
Fabricius regi nudata fraude remisit.
Infesto quem Marte petit, bellumq; negauit
Per famuli patrare nefas.

Similiter de Græcorum medicis apud Plinium Cato scribit ad filium, inquiens: Iurarunt inter hęc barbaros omnes necare medicina, sed hoc ipsum mercede faciunt, ut fides eis sit, & facile disperdant. Et paulo post subiungit: Vnde testamentorum plures insidiæ, iam uero & adulteria in principum domibus etiam, ut euidens Eudemi in Liuia Drusi Cæsaris. hæc Plinius. Ipse etiam Socrates apud Platonem uetuit, ne medici in ciuitate multiplicētur. Expediret & in hunc diem reipublicæ, nullos esse aut paucissimos medicos, quodque lex extaret, quæ eorum puniret cum inscitiæ, tum negligentiæ malitiam capitalem. Capitale enim est, neque refert imperitia an negligentia, stultitia an malitia, perperam an studiose medicus pro pharmaco uenenum porrexerit, hominemq; in uitæ discrimen adduxerit: atque non (quod Plinius ait) medico hominem occidisse summa esset impunitas. Qui certe unus illis atque communis cum carnifice honos est, homines scilicet accepta mercede occidere: atque ex homicidio, unde supplicium cunctis lex statuit, nullique

Medici cum carnifice collatio.

concessa impunitas, iij soli capiunt præmia. Hoc tamen interest, q̃d carnifex non nisi ex iudicum sententia necat noxios, medicus autem præter om̃e iudicium perimit etiam insontes. Non ergo insalubriter pontificum constitutiones arcẽt a medicãdo clericos, cum ars medica res sit adeo cruẽta, ut si fas sit sacerdotibus & clericis medicum agere, liceat etiã agere carnificem. Necq; imprudenter Porcius Cato medicis quõdam interdixisse putandus est: cum, q̃a scientiæ huius famam semper nouitate aliqua aucupantur: tum, & dum pudet noui nihil adferentes aliorum inhærere uestigijs, experimẽta per mortes agunt, & artẽ suam nostris periculis discunt, qua de uita nostra negociantur, malaq; hominum, q̃ breuissimo tempore tolli possent, ꝓducunt, non raro etiam adaugent maiori pro compendio: cui fraudi ut obuiaretur apud Aegyptios, medici ante diem tertium ægrotorum corpora eorum periculo curabant, post triduum autem suo.

Clericis exercitium medicinæ prohibitum.

De pharmacopolia. Cap. LXXXIIII.

IAmq; etiam a cocis suis apothecarios & pharmacopolas uocant, quorum (ut est in ꝓuerbio) tituli remedia habẽt, pyxides uenena, siue (ut canit Homerus) pharmaca mixta, salubria multa, & noxia multa, q̃bus cum damno esse minima uolũt, nos mortem nostram magna emere pecunia compellũt: dum illi alio ꝓ alio ꝓpinantes, seu putridũ inueteratumue & euanidum pharmacum miscẽtes, sæpe mortiferam potionẽ dant ꝓ salutifera, dum facta iampridem emplastra, collyria, unguenta, pa

stillos & alia pharmaca, non nisi in officinarũ compendia ex ipsa specierũ fęce ac tabe conflata mercantur: atque hæc omnia nescientes discernere, creduntur barbaris mercatoribus, omnia fraudibus ac sophisticatione corrũpentibus. Possem etiam hic ostendere perniciosas illorũ discordias, de simplicium, quibus utuntur, medicinarum cognitione, erroresq; eorum circa medicinalium rerum nomina, ab illis male intellecta, pessimeq; usurpata: quæ plurima Nicolaus Leonicenus amplo uolumine ostendit. Transeo etiam docere de prodigiosis compositionibus, multarũq; externarũ rerum mixturis, quibus dum omnia confundentes, unum quod omnibus naturis quadret medicamentũ sese effecturos nobis persuadere uolunt (sicut de compositione tyriacæ ac tyri fabula, deq; illo antidoto mithridatico statuerunt) nihil aliud efficitur, q̃ poeticum illud chaos:

Rudis indigestaq; moles,
Nec quicquã nisi pondus iners, congestaq; eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
Vbi corpore in uno
Frigida cum calidis pugnant, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Esto, sint quædam cõpositiones ab antiquis medicis excogitatæ & utiles inuentæ, quæ tanquã expta liceat recipere, tñ a uera illa methodo sunt aliena & ab ipsismet medicis propria conscientia coactis dãta, & omnibus modis explosa a Plinio, a Theophrasto, a Plutarcho, ab Hipocrate, Galeno, Dioscoride, Erasistrato, Celso, Scribonio, Auicenna, quorum uerba sic subscribere nimis longum esset, nec ab

antiquis illis solum, sed etiam a multis recẽtioribus, e quibus unus Arnoldus de Villa noua inter Aphorismos ait: ubi in promptu habentur simplicia, dolũ esse si quis compositis utatur. At hodie neglectis & ne cognitis quidem simplicibus, nõ nisi ex duobus illis apothecariarũ luminarijs, ac aromatariorũ thesauro, tum Mesue & Nicolai, cæterorumq; antidotarijs, picturatis & inauratis titulis medicamina p͂muntur: atq; hinc fit, ut dum medici isti suo ocio consulentes, uitas hominum apothecariorũ fidutia gubernant: atq; illi sine literis, sine cognitione barbaris mercatoribus confisi, pro officinæ compendio res permiscent, multo plus periculi fit a medicamine q̃ a morbo. Iamq; etiam dicamus de preciosorum medicinalium sophisticatione, quę tanto ingenio sępe adsimulata sunt, ut industrios etiã homines decipiant: plurimumq; conduceret saluti hominũ ac reipublicæ, peregrinis oĩbus exoticisq; pharmacijs, quæ tanto præterea precio a prædonibus mercatoribus in reipublicæ detrimentũ adauctæ sunt, omnino interdicere, ac medicos omnes in ordinẽ cogere, pharmacopolasq; adstringere, ac legẽ illis pręscribere, cuiusmodi olim Romę (dũ adhuc melior esset) Nero tulisse legitur, qua ijs dũtaxat quæ noster gignit orbis, pharmacijs uti cõpellantur, cũ hæc nostræ cuiusq; naturæ cõueniãt magis, tum lõge recẽtiora, electiora, minoriq; difficultate ac sumptu haberi possunt, minoriq; periculo q̃ peregrina, quorũ maxima pars suspecta est, ut quæ sæpissime sophisticata adulterata, reiectitia, uel in naui suffocata, uel simersa lacunę, uel uetustate corrupta, uel nõ debito

tempore & loco (unde sæpe plurimũ imminet peri culi) collecta sunt, nã coloquintida non matura san guinẽ educit & interficit, & quę sola uel unica nas- citur, uenenum est. Similiter & agaricus masculus mortiferꝰ est, & q antiquus perniciosus. Scamonea oĩs sophistica est, similiter & terra Lemnia: & fi- des sigillorũ perijt. Iam q̃so quæ necessitas ẽ ijs uti peregrinis, si eadem similiave consimilisq́ efficaciæ nr̃a terra ꝓducit? Annon egregie stultũ est, mal le ex India petere q̃d domi habemus? existimantes propriam neq́ terrã neq́ mare sufficere, patrijsq́ rebus peregrina frugalibꝰ sumptuosa, ac facile ac- quisibilibus difficilia, & ab ipsis usq́ terræ finibꝰ importata p̃ferentes. An sine armoniaco spleni ne- mo mederi poterit, nec epati absque sandalis? An si caremus bdellio, hulcera interiorum nemo curabit? nec capiti quis medebitur sine musco & ambra? nec stomacho sine mastice & corallijs? Si hęc pegrina nr̃is corporibus conuenirent medicamina, procul- dubio natura factum esset, quæ omnibus prouidit, abundanter ut hæc apud nos quoque nascerentur. Nonne absq́ illis & salubrius uixerũt patres nr̃i? Sunt ergo hæc desidiosorũ medicorum qui nr̃a nõ inquirunt, nugamenta & pharmacopolarum com- menta q nõ communẽ salutẽ, sed suæ negociationis compendium quærunt, persuadentes nobis non nisi preciosa quæq́ plurimum ꝓdesse, quibus idcirco improperat per Ieremiam: Nunquid non est resi- na in Galaad, aut medicus nõ est ibi? Suis quibusq́ terris & regiõibus, suæ genti, suo climati, suo cęlo, suo seculo natura herbas ꝓducit atque contempe-

rar, esto: quædam alijs atq; alijs locis, tēporibusq; acriores habeant uires, in quolibet tamē tempore & climate pro suo hominumq; temperamento eadem operantur, habeāt liceat preciosa illa & exotica nostris plantis maiores uires, sed has nō nisi in sui climatis hominibus, quibus creata & producta sunt, putabimus salubres. At sunt etiam empiricorum rapinæ, persuadentium nobis monstrosa quædā pharmaca & à medendi usu exotica plurimum posse conferre, & sine ijs salutem nostram non posse constare, impendio miserorum sua commentaria experiuntes. Hinc uiperas & serpentes & nocētissima quęq; reptilia antidotis admiscent, & uelut deficientibus remedijs, humanam adipem in unctiones subigunt, humanasque carnes aromatibus adseruatas (quam mummiam nuncupant) nefario naturæ piaculo hominibus edendas præbent.

De chirurgia. Cap. LXXXV

RESTAT chirurgia altera medicinæ pars, quæ excutanea corporis uitia curat, cuius opera manifesta & securiora sunt remedia, nam reliquorum medicorum cæca consilia sunt. Chirurgi uident & palpitant quod agunt, ac pro opportunitate mutant, applicant & auferunt: hæc inter oēs medicandi artes prima in usum uenit. Nam cum homines ab antiquo sese bellis exercerent, & uulnera sibi inuicem infligerent, cœperunt illorum quærere remedia. Nam quę homo homini mala inflixisset, ab hominibus quoq; curari posse putabāt. Cæteros autem morbos & interiorum cruciatus, tanq̃ ira deo-

rum genitos, incurabiles naturalibus uiribus æstimabant. Primus itaq; chirurgiæ inuentor fuit Apis Aegyptiorum rex, ut uult Clemens Alexandrinus, antiquior illo Mizatti filius Cain, nepos magni Nohæ. Scripsit autem primus medicinam uulnerum Aesculapius, deinde excellentes in ea extiterunt Pythagoras, Empedocles, Parmenides, Democritus, Chiron, pæon. Narrat plinius hanc Romæ primum exercuisse Archagatum peloponensem, illumq; ob secandi urendiq; sæuitiam, uulnerarium publice uocatum, mox transiisse nomen in carnificem, deniq; uniuersam artem tædio habitam & explosam. Est itaque chirurgia non minus reliquorum medicorũ factionibus excellentium uirorum autoritate clara, sed uirulentarum sordium immunditia & sanguinolenta crudelitate infamis.

De anatomistica. Caput LXXXVI.

HAnc tamen crudelitatem superat anatomia utrorumq; pharmacenticorum & chirurgorum theatrica carnificina, qua damnatos publicæ morti reos, quondã uiuos ac remanente spiritu, truculentissimis cruciatibus resecarũt. Sed hodie ob Christianæ religionis reuerentiam paulo mitiores effecti, interempto prius homine, ipsorum uel lictoris manu, in mortui cadauer deinde his piaculis grassantur, humanumq; corpus dilaniantes, membrorũ singulorum situm, ordinẽ, mensurã, opera, naturam & abdita quæq; perquirunt ac rimantur: ut inde quomodo & quibus locis curandum sit addiscant: crudeli hac diligentia atq; spectaculo horrendo & abominabili, nec minus impio.

De ueterinaria.

EST adhuc & alia medicinæ praxis, quam Veterinariam uocant, quæ brutorum morbis medetur, cæteris longe certior & utilior, a Chirone centauro, ut fertur, inuẽta, & a Columella, Catone, Varrone, Pelagonio, Vegetio, nobilissimis scriptoribus illustrata. Hanc tñ annulati isti medici non tam uerecundiæ sibi ducũt, quã penitus quoq; ignorant & aspernantur, admodũ delicatuli, ut tanquam upupa auis, non nisi humanis stercoribus oblectentur. Vnde si quis ad illos pro asino aut boue suo medicamen requirat, pro remedio mox iniuriam accepturus sit: quasi ad eos non pertineat scire, non solum hominibus, sed etiã cæteris animalibus (præcipue quæ hominibus cõmoda referunt) mederi: proquare Alphonsus Aragonũ rex olim duos expertissimos medicinæ doctores, pro equis & canibus amplo conduxit stipendio, iussitq; sollicitos scrutari, quę remedia, & quis medendi modus singulis bestiarum morbis conueniret. quod illi facientes, librũ de his rebus utilissimum ediderunt. Fecit idem his temporibus Iohannes Ruellus Parisiensis, uir in utraque lingua peritissimus, ac physicus primarius, qui de morbis equorum, eorundemq; remedijs, ex uetustissimis autoribus Apsircho, Hierocle, Theomnesto, Pelagonio, Anatolio, Tiberio, Eumelo, Archedamo, Hippocrate, Hemerio Africano, & ex Aemilio Hispano & Litorio Beneuentano, dictum uolumen transtulit, ueterinarijs omnibus magna cum reipublicæ commoditate profuturum.

DE MEDICINA OPERATRICE.

De Diætaria. Cap. LXXXVIII.

SVperest adhuc medicina diętaria, cuius princeps prę cęteris extitit Asclepiades, qui sublato magna ex parte pharmacorum usu, totã medicinę artem ad uictus rationem, ad quantitatem & naturam ciborum, obsoniorumque condimēta reduxit, quo cęteri medici non omnino dissentiũt, sed ita putantes quod alterum altero indigeat, uictus quãdoq; pharmacijs, ac illa pariter uictus ratione atq; mensura. Hinc iubent, inhibent, execrãtur, accusant cibos & potus, quos Deus creauit, inobseruabilesq; uictus regulas condunt: & quas alijs escas uel modeste delibare prohibent, ipsimet tãquam porci glãdes deuorant: & quas alijs uiuendi leges prę scribũt ipsi omnium primi pręuaricantur, non tam negligēter quam consulte. Nam si ipsi iuxta hęc sua diętaria decreta uiuere deberent, sanitatis non modicam iacturam facerent: si uero ut ipsi uiuunt sic ęgros quoq; naturę legibus uiuere permitterent, pecunię damnum sentirent. Verum de his diętariis ita ait Ambrosius: Contraria diuinę conditioni pręcepta medicinę sunt quę a ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab intentione meditationis abducunt, ita qui se medicis dederit, seipsum sibi abnegat.
Et Bernardus scribens super Cantica, ait: Hippocrates & Socrates docent animas saluas facere in hoc mundo: Christus & discipuli eius perdere, quem uos e duobus sequi uultis magistrum?
Manifestum se facit qui disputat, hoc oculis, hoc capiti, hoc stomacho nocet: legumina uentosa sunt, caseus stomachum grauat, lac capiti nocet, potũ aquę

pectus non sustinet: quare hoc est, ut totis fluuijs, agris, hortis & cellarijs uix inuenire possis quod comedas. Sed esto hæc Ambrosii & Bernardi uerba ad solos monachos dicta sint, quorum forte nō est debere tantam rationem habere de ualetudine quā de professione: ac ciuiles homines non dedecet cū ualetudinis ratione, etiam uictus & obsoniorum uarietas atq; mensæ lautities, primum diætaria medicina pollicetur, alterum præstat coquinaria præparandorum ciborum & potuum disciplina. Quocirca Plato hanc medicinam adulatricem uocat, plerię; eam diætariæ medicinæ partem adnumerant: quamuis Plinius & Seneca, & residua medicorum schola fateantur, ab exquisitorum ciborum uarietate multijugos morbos generari.

De arte coquinaria. Caput LXXXIX.

ARS itaque coquinaria percommoda est, nec inhonesta, si modo discretionis limites non egrediatur. Atq; hæc ratio etiam summos & continentissimos uiros induxit, ut de coquinaria & obsoniorum condimentis scribere non erubescerēt, Ex Græcis Pantaleon, Mithecus, Epiricus, Zophō, Egesippus, Pazanius, Epenetus, Heraclides Syracusanus, Tyndaricus Sicyonius, Symonactides Chius, Glaucus Locrensis. Ex Romanis Cato, Varro, Columella, Apicius. & ex recentioribus Platina. Asiatici autem his rebus tam luxuriosi atque intemperantes semper extitere, ut ipsum nomen eorum in heluonum ac gulonum transierit cognomentum, Quos inde Asotas nuncupamus. Hinc (quod

refert Titus Liuius) post Asiaticam uictoriam peregrinæ luxuriæ in Romanam urbem defluxerũt. tũc enim primum epulæ cura & sumptu maiore cœptę: tũc coquus antiquis uilissimum mancipium, & in æstimatiõe & in usu & in precio esse, atque e culina adhuc iure madens, fuligine tinctus, cum ollis, patinis, tunstillo, mortario, ueru, in scholas receptus, & quod uile ministerium fuerat, ars liaberi cœpit: cuius tota solicitudo est undecunque conquirere inuitamenta gulæ, eduliaq́ ciborum ad profundam ingluuiem satiandam undecunque locorum inuestigare: cuiusmodi plura ex Varrone enumerat Gellius, uidelicet panum e Samo, Phrygiam attaginem, grues Melicas, hœdum ex Ambracia, pelanum Chalcedoniam, Muranam Tartessia, asellum Pessinuntium, ostreas Tarentinas, pectunculũ Chium, helopẽ, Rhodium, scaros Cilices, nuces Tasias, palmas Aegyptias, glandas Ibericas, quæ omnes edendi institutiones ad improbam satietatis luxusq́ lasciuiã reperta sunt. Eius autem artis gloriam & famam sibi prę cæteris uendicauit Apinius, ut ex eius nomine (teste Septimio Floro) cognomentum in coquos, quo Apiciani dicerentur, quadã philosophorũ imitatione propagatum fit: de hoc Seneca sic scriptum reliquit: Apicius, inquiẽs, nostra memoria uixit, qui in ea urbe (ex qua aliquãdo philosophi uelut corruptores iuuẽtutis abire iussi sũt) scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit. Plinius quoque illum nepotum omnium altissimum gurgitem seuerissime nuncupauit. Tot denique gulæ instrumenta, tot irritamenta libidinũ, tot

obsoniorum uarietates Apicianorum illorum ingenio excogitata & confic̄ta sunt, ut tandem opus fuerit p̄scriptis legibus popinæ luxus coercere. Hinc ueteres illæ sumptuariæ & cibariæ leges latæ, uidelicet, Archia, Fānia, Didia, Licinia, Cornelia, lex Lepidi, lex Antij Restionis: sed & Lucius Flaccus & collega eius censores, Durionium senatu mouerunt, quod legem de coercendis conuiuiorum sumptibus latam tribunus plebis abrogare uellet, quē impudenter enim Durionius rostra conscendit illa dicturus. Freni sunt iniecti uobis Quirites nullo modo perpetiendi, alligati & constricti estis amaro uinculo seruitutis: lex enim data est quæ uos frugi esse iubet, abrogemus igitur illud horridæ uetustatis rubigine obsitum imperium: etenim quid opus libertate est, si uolētibus luxu perire nō licet? Erāt & pleraque alia edicta, quæ nunc omnia antiqua sunt penitusq́ sublata, adeo ut nulla ætas unquam maiori gulæ cura ac luxu indulserit, quàm hæc nostra, qui eius causa (ut ait Musonius, & post illum noster Hieronymus) terram percurrimus & maria, & ut mulsum uinum præciosusq́ cibus fauces nostras transeāt, totius uitæ opera desudamus: tot modo apud nos popinæ, tot ganeę, tot gnatonum & lupparum tabernæ, ubi homines edacitate, ebrietate, & libidine perduntur, ut sæpe non absque magno reipublicæ detrimento tota deuorent, absumantq́ patrimonia, tot modo reperta ferculorum genera, tot obsoniorum condimenta, tot mensarum leges, ritus & cæremonię, ut Assiorum, Milesiorum, Sybaritarū, Tarentinorū: præterea Sardanapali, Xerxis,

Claudij, Tiberij, Vitellij, Heliogabali, Galieni imperatorum, aliorumque illorum ueterum heluonum (quos omnes delicijs, luxu ac uoluptate popinæ, cæteris nationibus ac hominibus præstitisse narrant historici) opipara conuiuia penitus sordida, incondita, rustica naque euasura sint, si cum ijs nostris conuiuiorum apparatibus conferantur. Præterea nihil actum est cibi & potus elegantia, nisi simul etiam adsit abundantia usque ad fastidium, & quæ uel Herculem inebriet, qui eadem sæpius naui & uehebatur & potabat: ac cibi sacietate Crotoniensem Milonem, & Aureliani phagonem expleat, quorũ ille triginta panes una cœna præter reliquos comedere solitus erat, alter uno die ante Aureliani Cæsaris mensam aprum integrum, centũ panes, ueruecẽ & porcellũ deuorauit: bibit aũt in infundibulo apposito plus orca: hæc hodie apud nos receptissima sunt in rusticanis illis publicis conuiuijs & templorum dedicationibus, cæterisque eorum festis: diceretis Orgia Bacchi celebrari, tam sunt illic omnia furore, cruore & multiplicibus gulæ ebrietatisque flagitijs commaculata: tum Centaurorum cõuiuia, a quibus sine cicatrice nemo reuertitur, illic spectaretis, & qualẽ de Erisichthone uoracitatem describit Ouidius hoc carmine:

Nec mora, quod pontus, quod terra, q͂d educat aer,
Poscit & appositis queritur ieiunia mensis,
Inque epulas epulis querit, quodque urbibus esse,
Quodque satis poterat populo, non sufficit uni,
Plusque cupit, quo plura suam demittit in aluum.
Vtque fretum recipit de tota flumina terra,

Nec satiatur aquis, peregrinosq; ebibit amnes,
Vtq; rapax ignis non ulla alimenta recusat,
Innumerasq; faces cremat, & quo copia maior
Est data, plura perit, turbaq; uoracior ipsa est.
Sic epulas omnes Erisichthonis ora prophani
Accipiunt poscuntq; simul, cibus omnis in illo
Causa cibi est, semperq; locus fit inanis edendo.

Erant olim apud græcos, deinde etiã apud Romanos athletę homines uoracissimi, sed horum infamia tandẽ etiam à uiris consularibus & imperatoribus uicta est: nam Albinus qui quondam rerum potiebatũ in Gallia, centũ persica, denos pepones, quingentas ficus passurias, trecentas ostreas, una cœna deuorauit: & Maximinꝰ imperator, qui Alexãdro Mammeæ filio successit, quadraginta libras carnis una die comedit, bibitq; uini amphoram, continet autẽ amphora quadragintaocto sextarios. Gera etiã imperator tam perditi luxus traditur, ut dapes p alphabetum inferri iusserit, seseq; triduanis epulis ingurgitarit. Iã uero (quod scelus impium magis) cũ deus & natura cibum nobis potumq; saluris ac fortitudinis causa præparent, nos contra uarijs obsoniorum artificijs illis abutimur ad uoluptatem, & supra humanæ naturæ capacitatem ingurgitamus corporibus nostris, immedicabiles morbos inde cõtrahentes, quo palam uidemus uerum esse quod ait Musonius, dños seruis, urbes rusticis, inopes opulentioribus, & quosque uilioribus obuijsq; utũtur alimentis, cæteris esse robustiores, ualentiores, fortiores, labores melius tolerantes, minusque in ijs defatigari, ægrotari autem rarissime, neque ullos

magis uexãt graues illæ ægritudies, puta, hydrops, padagra, morphea, colica & consimiles, quam qui simplicem uictum contemnentes, ex coquinarum officinis uiuunt. contra uero, qui simplici cõtenti uictu, magis incolumes cernimus. Adstipulatur isti etiam Cornelius Celsus, qui homini inquit utilissimus cibus est simplex, aceruatio soporum pestifera, & condita omnia duabus de causis inutilia sunt, quoniam & plus propter dulcedinem absumitur, q̃ modo par est, tum ægrius concoquitur. Multi præterea grauissimi uiri autoresq́, hæc gulæ irritamẽta obsoniorumque artificiosam uoluptatem detestati sunt: sed & alij qui religionis nomine, nedum gulam, nedum luxum, sed & cibos nonnullos, quos Deus creauit ad uescendum, detestantur, abstinentes carnibus: uinis autem, in quo ut ait Apostolus est luxuria, ipsis Epicureis capaciores, abstinere & ieiunare se dicentes, cum se omni piscium genere, & optimo quouis uino oppleuerint, ad quæ labra, & linguas, & dentes & uentres armata circunferunt: non tamen loculos. sed de his satis, quin a cibaria hac ad gebericam, hoc est, alcumisticam coquinam, quę non minores decoquit opes quam popina. Modo uadamus.

De Alcumistica. Caput XC.

Alcumistica itaq́, siue ars, siue fucus, siue naturæ psecutio dici debeat, profecto insignis est, eademq́ impunis impostura, cuius uanitas eo ipso se facile prodit, cum polliceatur quæ natura nullo modo pati potest, nec attingere: cũ tamen

ars omnis non posſit naturam ſuperare, ſed illam imitatur, & longis paſſibus ſequitur, & multo fortior ſit uis naturæ quam artis. Alcumiſtica autem,
Ars ſuſpecta probis, ars ipſa inuiſaq́ multis,
Inuiſos etiam cultores efficit atris,
Mendaces adeo multi manifeſte uidentur,
Qui ſeipſos aliosq́ ſimul fruſtantur inertes.
Dum rerum uertere ſpecies tentant: ac bñdictũ quẽdam philoſophorum, ut uocant, lapidem fabricare p̃ſumunt, quo Midæ inſtar cõtacta oĩa corpora ilico in aurũ argentũve permutentur, quin etiã e ſummis inacceſſisq́ cœlis quintam quandam eſſentiam deponere nituntur, quæ iam non ſolũ plures q̃ Crœſi diuitias, ſed & depulſo ſenio reiuueneſcentiã perpetuamq́ ſanitatẽ, ac tantum non immortalitatẽ, una cum ingentibus opibus nobis pollicentur.
At nuſquam tantos inter qui talia curant,
Apparet ullus qui re miracula tanta
Comprobet.
Sed medendi aliquot experimentis, tum ex ceruſſa, purpuriſſa, ſtibio, ſapone, conſimilibusq́ pigmentis, ac muliebribus fucis, uetularũq́ incruſtationibus, & cuiuſmodi ſacræ literæ uocant unguenta meretricia ſtipem corrogant, quo gebericam inſtituant officinam. unde in prouerbium demum abijt: Omnis alcumiſta, uel medicus, uel ſaponiſta credulorum hominum aures uerbis ditant, pecunia inanes ut reddãt loculos. Et quibus ipſi ſpõdent diuitias, ab his drachmas petunt. Hinc ſe palam prodit hanc artem eſſe nullam, ſed ingentes nugas, & inſanæ mentis inania cõmenta, Inueniunt tamen tantæ felicitatis pecu

pidos homines, quibus miro ingenio ſeſe maiores diuitias conſecuturos in hydragyrio, quam natura præſtet in auro, perſuadeant, & quos iam terque quaterque deceptos ſemper nouis præſtigijs incautos denuo fallant, & prodigioſa hac impoſtura cogant follibus auram impellere fornacibꝰ, nulla dulcior inſania quam fixum uolatile, tum uolatile fixum fieri poſſe credere: ſic deterrimi carbones, ſulfur, ſtercus ac uenena, lotia & omnis dura pœna eſt uobis melle dulcior, donec prædijs, mercibus, patrimonijs omnibus decoctis, & in cinerem & in fumū conuerſis, dum longi laboris prēmia, & naſcituros fœtus aureos, perpetuamq́ꝫ cum reiuueneſcentia ſanitatem ſibi molliter pollicentur, deuoratis multo tempore & ſumptibus, tum primum ueruli, annoſi, pannoſi, eſurientes, ſumper ſulfur olentes, & inter carbones atra fuligine ſordidi, aſſiduaque argenti uiui contrectatiōe paralytici, ſolius naſi affluentia diuites, cæterum adeo miſeri, ut pro tribus aſſibus etiam animam uenalem habeāt, quam metallis inferre conabantur metamorphoſim, in ſeipſis experiūtur, effecti iam ex alcumiſtis cacochimici, ex medicis mendici, ex ſaponiſtis cauponiſtæ, ludibriūq́ꝫ populi ſtultitiaq́ꝫ patens, & fabula uulgi, & qui iuniores in mediocritate uiuere contēpſerūt, per oēm uitam alcumiſtarum fraudibus expoſiti, iā ſenes facti, in ſumma pauptate mendicare compellunt, ac in tanta calamitate conſtituti, pro fauore & miſericordia, inſup cōtemptū riſumq́ꝫ reportant, paupertateq́ꝫ coacti ſēpe ad malas artes, & monetē adulterationem, aliaq́ꝫ falſificia digenerant: ideoq́ꝫ hæc

afs non modo à republica Romanis legibus pulsa, sed etiam sacrorum Canonum decretis in tota Christiana ecclesia prohibita est: quod si & hodie oībus qui absq; singulari principis indulto alcumisticam exercent, regno ac prouincijs interdiceretur, addita etiam bonorum proscriptione, corporisq; afflictione, profecto non tot adulterinos nūmos haberemus, quibus hodie fraudantur ferme omnes magno reipublicæ detrimento. Hanc ob causam puto Amasim regem Aegyptijs olim legē tulisse, qua cogebaī unusquisq; destinato magistratui rationem reddere, quo se foueret artificio, quod qui non faceret, pœna illi erat extermū supplicium. Permulta adhuc de hac arte (mihi tamen nō admodum inimicà) dicere possem, nisi iuratū esset (quod facere solēt qui mysterijs initiantur) de silentio. Eoq; præterea à ueteribus philosophis atq; scriptoribus tam constantissime religioseq; obseruato, ut nullus uspiam probatæ autoritatis philosophus, ac fidus scriptor comperiatur, qui huius artis alicubi uel solo uerbo meminisset, q̄ res plerosq; induxit, ut crederent omnes eius artis libros recentiori æuo iam pridem conflictos: cui nō modicum adstipulatur ipsa autorū Gibetis, Morieni, Gilgilidis, ac reliquæ eorum turbæ obscura & à nullis alijs celebrata noīa, cum rerum quibus utuntur absona uocabula, tum sententiarum ineptitudo, philosophandiq; ratio peruersa. Sunt tamen qui aurei uelleris pellem interpertentur fuisse librum alcumisticum, ueterum more in pelle cōscriptum, in quo auri conficiendi scientia contineretur, cuiusmodi libros apud Aegyptios, qui huius artis peritissimi fu

Alchimistica ars uetita.

Aureum uellus quid.

iſſe dicebantur, cum Diocletianus magna diligentia conquiſiſſet, omnes exuſſiſſe legitur, ne comparatis diuitijs aurique copia fidentes Aegyptij, Romanis aliquando bellum inferre auderent, atq; exinde hãc artem publico Cæſares edicto ſemper habitam flagitioſam: uerum nimis longum foret narrare omnia huius artis ſtulta myſteria, ac inania ænigmata, de leone uiridi, de ceruo fugitiuo, de aquila uolante, de ſtulto ſaltante, de dracone caudam ſuam uorante, de bufone inflato, de capite corui, deq; illo nigro nigrius nigro, de ſigillo Hermetis, de luto ſtultitiæ (ſapientiæ dicere debui) ac ſimilibus nugis innumeris. Deniq; de illo unico ſolo, præter quod non eſt aliud, ubiq; tamen repetibili benedicto, ſacratiſſimi philoſophorum lapidis ſubiecto, uidelicet, pene nomen rei effutiui, cum periurio ſacrilegus futurus, di eam tamen circunlocutione, ſed obſcuriore, ut non niſi filij artis & q. huius myſterijs initiati ſunt, intelligant. Res eſt q̃ ſubſtantiam habet nec igneã nimis, nec ꝑrſus terream, nec ſimpliciter aqueam, nec acutiſſimam, nec obtuſiſſimam qualitatem, ſed mediocrem & tactu leuem, & quodammodo mollem uel ſaltem non duram, non aſperã, quin & guſtu q̊quodammodo dulcem, olfactu ſuauem, uiſu gratam, auditu blandam atque iucundam, cogitatu latam, plura dicere non concedit, atque ſunt tamen ijs maiora: ſed ego hanc artem (ob eam quæ ſecum mihi familiaritas eſt) illo honore potiſſime dignã cenſeo, quo probã mulierem definit Thucidides, illam inquiens optimã eſſe, de cuius laude uel uituperio minimus eſſet ſermo. Illud duntaxat addã, alcumiſtas

Philoſophicus lapis.

om̃ium hoĩm esse puersissimos, siqdem cum præcipiat deus, in sudore uultus uescendum esse pane suo, & alibi dicat per prophetam: Labores manuum tuorum qa mãducabis, ideo beatus es, & bene tibi erit: hi diuini præcepti ꝓmissæq́ꝫ beatitudinis contemptores, ꝓcul labore, & (ut aiunt) in opere mulierũ & ludo puerorum aureos montes moliuntur. Non inficior ex hoc arte multa admodum egregia artificia ortum habere, traxisseq́ꝫ originem. Hinc azieri, cinnabrij, minij, purpuræ, & quod aurum musicum uocant, aliorumq́ꝫ colorũ tẽperaturæ prodierunt, huic aurichalcum & metallorũ oĩm mixtiones, glutimina & examina & sequestratiões debemus: bombardæ formidabilis tormenti inuentũ illius est, ex ipsa ꝓdiit uitrificatoria nobilissimum artificiũ, de qua Theophilus qdam pulcherrimum librum conscripsit. Narrat autẽ Plinius, Tiberij Cæsaris tempore excogitatum uitri temperamentum quo flexibile & ductibile fieret, sed eius officinam a Tiberio abolitam, quin ipsum quoqꝫ tantæ industriæ artificem (si Isidoro creditur) neci datum, idq́ꝫ factum, ne aurum pro uitro uilesceret, & argento atqꝫ æri sua præmia detraherentur. Sed de ijs satis.

De iure & legibus. Cap. XCI.

Ius & leges.

RESTAT nunc de iuris scientia dicere, q̃ solam se iactat int̃ uer: & falsum, æquũ & iniquũ, fas & nefas scire discernere, cuius facultatis hodie principes sunt papa & imperator, qui gloriant̃ se habere iura omnia in scrinio pectoris sui recondita, qb⁹ pro ratione sufficit cuius sola uoluntas ar-

bitrio oẽs scientias,& artes,& scripturaas,& opi nionesꝫ & q̃cunq; hoim opa iudicare & regere præ ssnmunt. Hinc firmiter præcipit Leo papa omnibus Christifidelibus, ut nemo in ecclesia dei quicquam uel quenq̃ iudicare, iustificare, aut aliq d discutere ꝑsumat, nisi sanctorum cõciliorũ, canonũ, & decre talium (quorum caput est papa) autoritate: atq; ne nobis uti liceat nec doctissimorum, nec q̃rumcunq; etiam sanctissimorũ theologorum determinatione, nisi inquantum papa ꝑmittit & suis canonibus au- torizauerit: sed & alibi adhuc præcipit canon, ne aliud uolumen uel quicunq; liber ꝑ theologos (imo per uniuersum mundum, ait) recipiatur, nisi ille qui ꝑ ecclesiam Romanam papæ canonibus compro- bet. Simile ius ꝑtendit imꝑator in philosophiam ac medicinam cæterasq; scientias, nulli disciplinæ ꝑ- mittens aliquid autoritatis, nisi quantum illis conce dit ꝑ sui iuris peritiam, ad quam (ut ait) quotquot sunt scientię & artes si comparentur, sunt tanquam uiles & parum utiles. Hinc Vlpianꝰ ait. Lex est rex oĩm humanarum & diuinarum rerũ, cuius uirtꝰ est (ut ait Modestinus) imꝑare, ꝑmittere, punire, ueta- re, quibus dignitatibus nullum munus maius inue nit: & Põponius in legibus definit eam esse inuen- tum & donum dei, & dogma sapientum oĩum: q̃ priſci illi legis latores quo decretis suis apud rudẽ uulgus antoritatem conciliarent, finxerunt se a dijs edoctos illis ꝑscribere. Sic Aegyptijs Osiris à Mer curio, Zoroastes Bactrianis & Persis ab Oroma so, Charinundas Chartaginensibꝰ à Saturno, Solõ Atheniensibus a Minerua, Zantrastes apud Arima

Leges a dijs ortę fingeban tur.

ſpos à bono numine, Zamloxis Scythis à Veſtâ, Minos Cretenſib9 à Ioue, Lycurgus Lacedęmonijs ab Apolline, Numa Põpilius Romanis à nympha Aegeria. En uidetis modo cuiuſmodi hæc iuris ſcientia in omnes alias ſibi imperium arrogat, exercet atq; tyrannidem, ac quomodo ſe omnibus reliquis diſciplinis tanquam deorum primogenitam præferens, illas tanquam uiles ac inanes aſpernatur, cum tamen ipſa tota atq; oĩs non niſi ex caducis infirmiſſimisq; hominũ cõmentis & placitis conſtituta, omium quæ ſunt tenuiſſima, & ad oĩem tẽporis, ſtat9, principis mutationẽ, cõuertibilis exiſtat: quæ primam ſuã ab ipſo primi parentis (oĩm malorum nr̃orum cauſa) peccato traxit originem. A quo lex corruptæ naturę (quod ius naturale dicunt) prima ꝓdijt, cuius egregia illa decreta: Vim ui repellere licet. Frangenti fidẽ, fides frangatur eidem. Fallere fallentẽ non eſt fraus. Doloſus doloſo in nullo teneť. Culpa cũ culpa cõpenſari poteſt. Malemeriti nulla debent iuſtitia nec fide gaudere. Volenti nõ fit iniuria. Licitũ eſt cõtrahentibus ſe decipere. Tantũ ualet res quantũ uendi poteſt. Item, ut liceat ſibi conſulere cum damno alterius. Ad impoſſibile neminem obligari. Item ſi te uel me confundi oporteat, potius eligam te confundi quam me. Et eiuſmodi plura, quæ poſtea ſcripto inter leges relata ſunt. Deniq; lex naturæ eſt, non eſurire, non ſitire, nõ algere, nõ uigilijs, nõ laboribus macerari. Quæ oẽm religionis pœnitentiã pœnitentiæq; opa depellẽs, Epicuream uoluptatẽ pro ſumma ſtatuit felicitate. Exinde uero ius gentium emerſit, ex quo primum

Lex origo a peccato.

bella, cedes, seruitutes orta distinctaq; rerũ domi-
nia sunt. Porro ius ciuile ꝓdijt seu populare, qđ po
pulus aliqs sibi ꝓprium cõstituit. Ex quo tot ema
narunt in hoĩes litigia, ut testibus ipsismet legibus
plura facta sint negocia, q̃ rerum habentur uocabu
la. Nam cum hoĩes ꝓni essent ad dissentiẽdum, ne-
cessarium (ut dicunt) erat iustitiæ obseruandæ p le
ges ꝓuulgatio: ut malorũ sic coercere͂t audacia, &
inter improbos innocentia tuta redderetur, & boni
qete uiuerent inter malos. Atque hæc sunt illa tam
insignis iuris principia, in q̊ legis latores fuere pe-
ne innumeri. Quorũ primus Moyses, q leges scri-
psit Iudęis, quo tempore etiã Aegyptijs leges tulit
Cecrops: post Pheroneus primus om̃ium leges de-
dit Græcis: rursus Aegyptijs leges dedit Mercuri
us Trismegistus: deinde Dracon & Solon Atheni- Legis la
ensibus, & Lycurgus Lacedæmonijs, & Palame- tores di-
des primus leges tulit bellorũ, ad iudicandũ exerci uersarũ
tum. Romanis uero primꝰ leges tulit Romulus, q̃ gentium
curiatæ appellatæ sunt: post quẽ Numa Põpilius le
ges tulit religionũ, & cæteri p successum Romani
reges suas leges dederũt, quę omnes Papyrij libris
postea descriptæ fuerunt, unde ius ciuile Papyria-
num nomen sumpsit. Post hos ius duodecim tabella
rum ꝓdijt. item ius Flauianũ, ius Helianũ, lex Hor
tensia, Honorarium ius p̃toris. item plebiscita, sena
tusconsulta, ius magistratuum & consuetudinis, de
niq; ius iuris constituendi principi data: prætereo
iurisconsultos illos innumeros, quorũ bonam par
tem recenset lex secunda de origine iuris. Qui uero
ius ciuile in uolumẽ redigere conati sunt, ex his pri

mus hoc attentauit Cneus Pompeius, deinde Caius Cęsar, sed ꝑuentus uterq; bellis ciuilibus immaturaque morte, non potuerunt perficere. Tandem ueteres illas leges innouauit Constãtinus, sed & Theodosius minor in codicem ab eo nuncupatum redegit. tandem Iustinianus hunc qui hodie in usu habetur, codicem edidit. Iuris autem ciuilis tota autoritas penes populum ac principes est. neque aliud est ius ciuile, quàm quod homines cõmuni consensu uolunt. Hinc Iulianus ait, leges non alia de causa nos ligare quàm quod iudicio populi receptę sunt: qua communi consensu omne imperium ac potestatem in principem contulit, unde si quid populo ac principi placuerit, hoc tum per consuetudinem, tum per constitutiões iuris habet uigorem, etiam si error uideatur uel falsitas: nam communis error facit ius, & res iudicata ueritatem. Quod Vlpianus nos docuit his uerbis, uidelicet ingenuum accipi debere etiam eũ de quo sententia lata est, quamuis reuera fuerit libertinus, quia res iudicata, ꝓ ueritate accipit. Apud eundem legimus Barbarium quendam Philippum, cum seruus fugitiuus esset, Romæ præturam petijsse: qua functus, ac tandẽ agnitus, receptũ fuit, nihil eorum immutari quæ seruus in tantæ dignitatis uelamento gesserit. Et alibi senex rusticus imꝑatoris autoritate intantum ueneratur, quod iurisperitus ex uerbis illius argumentari iubet. Paulus quoq; Romanorum iurisconsultissimus, hodie (inquit) propter usum imꝑatorum, si in argento relatũ sit candelabrum argenteum, argẽti quoque esse, nõ autem suppellectilis, quoniam error ius facit.

[margin: Ius ciuile quid.]

Idem de legibus & senatusconsultis palam fatetur, non omnium quæ a maioribus constituta sunt, rationem reddi posse. Hinc ergo scimus iam omnem iuris ciuilis prudentiam, ex sola hominum opinione uoluntateque dependere, nulla alia ratione urgente, quam uel honestate morum, uel commoditate uiuendi, uel autoritate principis, uel ui armorum: quæ si conseruatrix bonorum & malorum uindex existat, bona disciplina est, finaliter, pessima res, propter iniqua quæ magistratu ac principe negligente uel tolerante uel probante fiunt. Quinimo Demonactis sententia erat, leges omnes inutiles & superuacuas esse, ut q̃ nec bonis nec malis rogentur, cum illi non egeant legibus, hi uero per easdem nihilo fiant meliores. Præterea cum apud Liuium fatetur Cato, uix ullam legem ferri posse, quæ omnibus cõmoda sit, & ex qua non sæpissime contingat æquitatem cum rigore iuris pugnare, ipse etiam Aristoteles in ethicis suis definiens æquitatem, uocat illam correctionem iustæ legis, qua parte deficit, quod generatim lata est, nonne ergo iam hoc ipso satis ostenditur, totam iuris iustitiæq; uim non tam a legibus, quam a iudicis probitate æquitateq; dependere?

Domonactis sententia.

De iure canonico. Cap. XCII.

A Iure ciuili demanauit ius canonicũ siue pontificium, quod plerisq; sacrosanctissimum uideri posset, tam ingeniose auaritię suæ pręcepta ac rapiendi formulas specie pietatis adumbrat: cum tamẽ paucissima in eo statuant ad pietatẽ, reli-

Ius canonicum.

gionem, ac dei cultum, sacramentorumq; ritus spe-ctantia, taceo quod nonnlla dei uerbo contraria aut repugnantia. Cætera oĩa non nisi iurgia, lites, fastus, pompæ, tum quęstus, ac lucri negocia, pontificumq; Romanorum placita, quibus neq; satis sunt qui olim à sanctis patribus conditi sunt canones, nisi his continuo accumulent noua decreta, paleas, extrauagantes, declaratorias, cancellariæ regulas, ut nullus sit condendorum canonum finis neq; mensura, quæ una omnium Romanorum pontificum ambitio atq; libido est, condendorum scilicet nouorum canonum, quorum eousq; excreuit arrogantia, ut angelis cælorũ pręciperent, & ex inferno sublata præda rapinam facere præsumerent, & in mortuorum manes manum mitterent, etiam in diuinam legem, interpretando, declarando, disputando nonnunquã tyrannidem exercerent, ne quid plenitudini potestatis suæ posset deesse aut derogari. Nonne Clemens papa in bulla, quæ hodie adhuc Viennæ Limonis Pictauij in priuilegiorum scriniis plumbata seruatur, præcipit angelis de cælo, ꝙ animam peregrinantis Romam pro indulgentijs & decedentis, à purgatorio absolutam ad gaudia perpetua introducant: insuper inquiens, nolumus quod pœna inferni sibi aliquatenus infligatur, concedens insuper cruce signatis ad eorũ uota, tres aut quatuor animas quas uellent e purgatorio posse eripere, quam erroneam intolerabilemq; temeritatem, ne dicam ꝑpe hæresim, tunc Parrhiensis schola palam detestata est atq; corripuit, sed fortassis pœnitens hodie, quod non hyperbolicum illum Clementis zelum pio aliquo com

mento interpretati sunt, ut res ualeret potius quam periret, cum propter eorum affirmare uel negare nihil mutatur in re, & autoritate summi pontificis, cuius canones & decreta ipsam theologiam totam sic adstrinxerunt, ut nullus quantumcunque contentiosissimus theologus quicquam audeat statuere, nedum opinari aut disputare a pontificum canonibus diuersum, absque protestatione & uenia, ceu de Rufo canit Martialis:

Quicquid ait Rufus, nihil est nisi uenia Rufo:
Si gaudet, si flet, si tacet aut loquitur.
Cœnat, propinat, poscit, nugat, innuit, una est
Venia: si non sit uenia, minus erit.

Ex horũ prætereą canonibus & decretis didicimus Christi patrimoniũ esse regna, castra, donationes, fundationes, allodia, opes ac possessiones, ac sacerdotium Christi Ecclesiæque primatum, esse imperium, regnum: & gladium Christi esse iurisdictionem ac potestatem temporalem: & petram Ecclesiæ fundamentum esse personam pontificis, episcopos esse ecclesiæ non ministros modo, sed capita: & bona ecclesiæ esse non modo doctrinam euangelicam, ardorẽ fidei, contemptum mundi, sed uectigalia, decimas, oblationes, collectas, purpuram, mitras, aurum, argentum gemmas, prædia, pecunias, potestatem summi pontificis esse gerere bella, dissoluere fœdera, soluere iuramenta, absoluere ab obedientia, & domum orationis facere speluncam latronum, ita quod papa potest deponere episcopum non sine causa, quod potest dare rem alienam, quod non potest committere Simoniã, quod potest dispensare contra uotum,

contra iuramentum, contra ius naturale, & nemo habet illi dicere, cur ita facis? posse insup grauì, ut dicunt aliqua de causa dispensare cōtra totū nouū testamentum, etiā uel tertiā partē & ultra fideliū animas in infernū ꝑtrahere. Episcoporū uero officium esse iam non ꝑdicare uerbū dei, sed datis alapis confirmare pueros, conferre ordines, dedicare tēpla, baptizare cāpanas, cōsecrare aras & calices, benedicere uestes & imagines: qbus uero sup hæc altius ingenium est, ĳ relinquentes illa, nescio quis titularibus episcopis, ipsi regum funguntur legationibus, illorum præsuut oratorĳs, aut comitantur reginas, magnā satis & grandē ob causam excusati ne seruiant Deo in templis, si magnifice uenerentur regē in aulis. Ex ĳsdem fontibus prodierunt cautelæ istæ, quibus hodie citra Simoniā episcopatus & beneficia emuntur uenduntur'q;, & quicquid ꝑterea est nūdinationum & monopoliorum in gratĳs, in condonationibus, in indulgentĳs, in dispensationibus & similibus rapinarum formulis, a quibus etiā in gratuitis ab ipso Deo factis peccatorū remissionibus ꝑcium statutū est, & in inferorum pœnis inuentum est lucrum. Insup huic iuri debetur emētita illa Constantini donatio, cum re uera atq; contestante uerbo Dei, nec Cæsar sua relinquere, nec Clerꝰ quę Cęsaris sunt sibi debeat usurpare. sed ex multis admodū ambitiōis, ſupbiæ ac tyrānidis legibꝰ dūtaxat aliqs uobis referā, q̄ ĳs quæ nūc diximꝰ faciāt fidē. Scrutamini igitur si libet in antiqs decretalibus cap. Significasti &c. uenerabilē de elect. c. solite de ma. & obed. c. cum olim de priuileg. c. summus pontifex

de sent. exc. c. Inter cætera de off. iud. ord. Deinde in sexto decret. quē cōpilauit Bonifacius octauus, uidete quid loquatur in illius prologo: & in c. 1, de immunitate ecclesiarum. neq; cedit istis illa Clementina pastoralis de sen. & re iudi. cum extrauagāte Iohan. 22. quæ incipit: Ecclesiæ Romanæ. & alia eiusdem super gentes. & extrauagans Bonifacij 8. unam sanctam. Ex compilatione deniq; Gratiani occurrunt nobis c. Si cuius d. 14. c. Si omnis d 18. c. Si omnes, &c. enimuero c. in memoriam. c. Si Romanorū d. 19. c. Omnes. d. xxij. c. tibi domino. d. 60. c. Constātinu s. d. 96. &c. Quando d. 86. & gl. ibid. &c. Si papa. d. 60. Porro etiam accedunt istis 9, q. iij. c. Cuncta &c. Conquestus 15. q. 6. c. Autoritatem. xvij. q. iiij. Nemini. xxi. q. v. Sunt qui. xxiij. q. v. Omnium & q. viij. c. Omni xxx. q. 1. c. Omnia. Hos & horum similes canones qui diligenter examinarit, comperiet cuiusmodi sunt illa magna & admirabilia & abscondita mysteria, quæ aliqui Romani pontifices in suis canonibus fructificant, etiam ea quæ alicubi dicuntur in scripturis sacris conuertentes, & nō nunq̄ adulterantes, atq; illis suis figmentis adsimilantes & adaptantes. hinc illæ quas uocant cōcordātias bibliæ & canonū natæ sunt. Accedunt istis tot rapinarū tituli de palliis, de indulgentiis, de bullis, de confessionalibus, de indultis & rescriptis, de testamētis, de dispēsationib. de priuilegiis, de electionibus, de dignitatibus, de præbendis, de religiosis domib9, de sacris ædibus, de īmunitatib9 de foro, de iudicijs & eiusmodi reliquis, deniq; totum ipsum ius canonicū omniū est inconstantissimū, ac ipso Proteo

atq; chamæleonte mutabilius, ac Gordio nodo magis implicitum. ipsaque Christiana religio, a cuius origine Christus finem imposuit cæremonijs, nūc hoc canonum iure plures habeat, quam unquam olim habuerunt Iudæi, quorū pondere addito ipsum leue ac suaue Christi iugum nunc redditum sit omnium grauissimum, coguntur'q; Christiani plus canonum præscripto quā ex ipso uiuere euangelio. Tota aūt utriusq; iuris peritia, nō nisi circa caduca, fragilia, fluxa, inania ac profana negotia, uulgi'q; commertia atq; contumelias, tum circa hominum cędes, furta, compilationes, grassationes, factiones, cōspirationes, iniurias, proditiones uersatur. Accedūt ad hæc periurationes testium, falsifica scribarum, pręuaricationes causidicorum, corruptiones iudicū, ambitiones consiliariorum, rapinæ pręsidum, quibus opprimuntur uiduæ, prosternuntur pupilli, exulant probi, proculcantur pauperes, damnantur innocentes, atque ut est apud Iuuenalem:

Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.

Et cœci homines quę putauerunt se per leges & canones posse euitare, sibi protinus parauerunt & incurrerunt, quia non sunt hę leges & canones a Deo, nec ad Deū, sed a corrupta hominū natura ingenio'q; profecta, & ad quęstum & auaritiam excogitata.

De arte Aduocatoria. Caput XCIII.

IVris autem adhuc aliud est exercitium, quam artem uocant placitatoriam siue aduocatoriam, ut aiunt, maxime necessariā, ars uetustissima & fraudulentissima suasorio cooperimento subdole ador-

nata. Quæ non est alia, q̃ scire iudicem persuasione demulcere, & ad omne arbitrium uti, scire iuribꝰ uel inuentis glossis ac cõmentis leges quascunq; pro libidine fingere & refingere, uel iniquis quibusq; diuerticulis illas subterfugere, aut fraudulẽtam litem prorogare. Sic citare leges, ut peruertatur æquitas, sic glossatorũ adstruere autoritatẽ, ut subuertatur sensus legis mensq; legislatoris. In hac arte plurimum momenti habet altum uociferari, audacemque & in litigando clamosum & improbum esse. Isque habetur aduocatorũ optimus q plures allicit ad litigandum, & ꝓmissa spe uincendæ litis in iudiciũ impellit, stimulatq; impijs cõsilijs, qui uenatur appellationes: quiq; est egregius rabula, ac iurgiorum autor, qui garrulitate ac linguæ uiribus nihil non possit clamare: sed & quanuis causam altera iudiciorũ præstigijs præferre, ac uera & iusta isto modo dubia & iniqua facere, institiamq; ipsam suismet armis profligare, peruertere, prosternere, apud quos

Iustitia nihil est nisi publica merces,
At iudex in causa qui sedet, empta probat.

Sed & ea etiam q̃ non sunt rerum .s. priuationes & silentia, precio exponunt, nam ut nullus eorũ loqui tur nisi ad mercedẽ, ita nec tacet nisi ad præmium, exemplo puto Demosthenis, q cum Aristodemum fabularum autorem interrogasset, quantũ mercedis uti ageret accepisset, & responderet ei talentum: At ego, inquit Demosthenes, plus accepi ut tacerẽ. Causidicorum siquidẽ lingua tam damnifica est, ut nisi uinciatur muneribus, fieri non potest ut non noceat.

De arte notariatus & procuratoria. Cap. XCIIII.

Ars ꝓcuratoria.

QVibus tum ad hoc ipsum adsunt ꝓcuratores & notarij, q̄s uocant tabelliones, quorum iniurias & dāna, & neq̄tias, & falsificia, oēs patienter ferre oportet, cum oīm fidē & licētiam ac potestatē apostolica & imperiali autoritate se obtinuisse uidentur. Atq; inter hos illi sunt præcipui, q norint forum egregie perturbare, miscere lites, confundere causas, supponere testamenta, instrumēta, rescripta, diplomata: tum egregie fallere, decipere, & ubi opus est peierare, & falsū scribere. Oīa audere, & cōstruēdis dolis, fraudibꝰ, technis, calūnijs, laqueis, captiunculis, insidijs, tricis, ambagibus, circunuentionibus, Scyllis & Charybdibus se a nullo uinci patiant̃. Nullus prætereа notariorum tam integrum qđ uocāt instrumētum præscribere potest, q̄n rursus litem contestari necesse sit, si q̄s uelit contradicere aduersarius. Nam aut aliq̄d omissum dicet, aut falsum, aut fraudem subesse, aut aliam exceptionem opponet, q̄ instrumenti aut notarij fidē impugnet. Atq; hęc sunt illa iuris remedia, ad, q̄ litigātibus confugiendū esse docēt: hæc illę uigiliæ, qbꝰ iura subuenire dicunt, ni sit q̄ malit pugnare q̄ litigare. Is eñ tantum iuris habebit. quantum potentia sua poterit defendere, dicente lege: quoniam potentioribus pares esse non possumus.

DE *iuris Prudentia.* *Cap.* XCV

Iuris prudentia.

HVc spectant etiam uastissimi illi gigantes, q nobis contra Iustiniani edictū, tot glossarū, commentariorum, expositionum, ingentia, innumeraq; uolumina, unoquoq; illorum aliter & aliter interpretante genuerunt, Præterea tot opinio

num procellas, tot uaferrimorum cõsiliorum ac cau- telarũ syluas infelicissima fœcũditate parturierũt, quibus aduocatorum instruunt nutriunturq; nequi- tiæ, q tam celebri illorum iurisperitorum p singu- las periodos, & (ut uocãt) paragraphos, nomẽcla- tura pudorem suũ obstringunt, ac si non potius ra- tionibus cõstet ueritas q̃ confusis testimonijs, ex ta- nugãtium opinatorũ colluuie adductis, penes quos tanta laus est contentio atq; discordia, ut q non dis- senserit ab alijs, q nescierit nouis opinionibus alio- rum dictis contradicere, ac iudicata omnia in du- bium reuocare, & bene inuentas leges per ambiguas expositiões ad sua figmenta adaptare, is parum uel nihil doctus habeatur. Hinc tota illa iuris pruden- tia facta est consilium peruersum & subdolum rete iniquitatis: hæc sunt ingenia, hę artes quibus hodie regitur orbis Christianus, quibus constituuntur im- peria, & regna, & principatus populorum, atq; ex his nebulonibus deliguntur principum, pontificum que officiales atque parlamentarij, isti senatores & præsides, ac si qui iniqui hactenus fuerint aduoca- ti, æquiores futuri sint iudices, atque tandem capi- ta regnorum sunt. Hi etiam regibus suis, ut Ioui quondam Titanes, formidabiles. Porro ex his pro- deunt tandem Cęsarum regumq; uentricosi isti ar- chi scribę, ac circumpurpurati cãcellarij, quibus re- rum summa commissa est, qui principum placi- ta, do- na, bñficia, officia, dignitates, rescripta, diplomata: præterea ius, fas, leges, æquum & honestum, om- nia uenalia habent, & abs se mercari compellunt. Ex quorum arbitrio regum numerãtur amici & ini-

Iurisperiti contentionum amatores.

mici, quos ꝓ libidine sua nũc fœderibus iungunt, nũc rursus funestis bellis cõmittunt. Atq; cum ipsi ex infima plebis fæce sordissima uocis ꝓstitutione ad tantũ dignitatis culmẽ conscenderint, ad tãtum simul audaciæ scelus euehuntur, ut audeant nõnunq̃ ꝓscribere principes, & uel absq; senatusconsulto, ac uel indicta causa damnare capitis, mutandisq; regnorum statibus sunt, ipsi interim tumentis furtis & latrocinijs suis.

Audacia iurisprudentium.

De arte inquisitorum. Cap. XCVI.

SPectãt ad hunc cœtum etiã ordinis prędicatorũ hæreticorum inq̃sitores, quorũ iurisdictio cũ tota in theologicis tradiciõib⁹ & sacris scripturis fundata esse deberet, ipsi tñ hanc omnem ex iure canonico & pontificijs decretis, ac si papam errare impossibile sit crudelissime exercent, ipsam scripturam sacram uelut mortuam literam, & non nisi umbram ueritatis a tergo relinquẽtes, quin & uelu ti hæreticorum, ut aiunt, scutum & ꝓpugnaculum procul reijciunt. Neque etiam antiquorum doctorum patrumq; tradiciones recipiunt, dicentes, quia falli possunt & fallere. sed unã Romanã ecclesiam, quæ, ut dicunt, errare non potest, cuius caput papa est, eiusq; curię stylum sibi scopum fidei pręfigunt, non aliud cum inquirendo expostulantes, q̃ si credat in Romanã ecclesiam, quod si affirmarit, ilico dicunt, ecclesia Romana hanc ꝓpositionem aut hæreticam, aut scandalosam, aut piarum aurium offensiuam, aut ecclesiasticæ potestatis derogatiuam damnat, moxq; ad palinodiam & reuocationem compellunt. Quod si tunc inq̃situs opinionẽ suam scri-

Ars inquisitoria.

Ordo inquirendi.

pturæ testimonijs alijsue rationibus tueri conetur, interrumpẽtes strepitu iratis buccis, dicunt nõ esse illi negocium cum baccalaureis & scholaribus ad cathedram, sed cum iudicibus ad tribunal, non esse ibi litigandum & disputandũ, sed simpliciter respõdendum, si uelit stare decreto Romanæ ecclesiæ & opinionem suam reuocare, sin minus, fasciculos & ignẽ ostendunt, inquientes cum hæreticis non argumẽtis & scripturis, sed fasciculis & igne decertãdum, hominemq́ nec pertinaciæ alicuius conuictũ, nec meliora edoctũ contra consciẽtiam suã sua abiurare compellũt, q̃d si nolit, ueluti ecclesię desertorem seculari foro tradũt, ut cõburatur, dicentes cum Apostolo: Auferte malum de medio uestri. tãta olim fuit ecclesiæ mãsuetudo põtificumq́ clemẽtia, sicut in 4. distinctione de consecratione cõpilauit Gratianus, ut nec relapsos in Iudaismum capite punirent, nec blasphemos supplicio afficerẽt: ipseq́ Berengarius in abominabilem hæresim relapsus, non solum nõ occisus est, sed nec archidiaconi' dignitate priuat⁹ est. At hodie in minimũ errorem ꝓlapsus, plus q̃ capitis reus agitur, & ab istis inq̃sitoribus nonnunq̃ pro minimo crimine tradit̃ incẽdio: forte expedit hodie ecclesiæ tam seuera animaduersio, modo interea non occidat germana pietas, sunt hæreticæ prauitatis inquisitores nonnunq̃ ipsimet praui, possuntq́ etiam esse hæretici, q̃ res nouæ constitutionis Clemẽti occasionẽ præbuit. debẽt ergo inq̃sitores contra hæreticos, non ꝑ tenebricosa argumẽta & rixosos sollogismos, sed ꝑ verbum dei de fide catholica disputare, & hæreticum per sacras literas conuince

1. Cor. 5.

Ecclesię & pontificum pristina in errãtes mansuetudo.

mici, quos ꝑ libidine sua nūc fœderibus iungunt, nūc rursus funestis bellis cōmittunt. Atq; cum ipsi ex infima plebis fæce sordissima uocis ꝓstitutione ad tantū dignitatis culmē conscenderint, ad tātum simul audaciæ scelus euehuntur, ut audeant nōnunq̄ ꝓscribere principes, & uel absq; senatusconsulto, ac uel indicta causa damnare capitis, mutandisq; regnorum statibus sunt, ipsi interim tumentis furtis & latrocinijs suis.

Audacia iurisprudentium.

De arte inquisitorum. Cap. XCVI.

SPectāt ad hunc cœtum etiā ordinis prædicatorū hæreticorum inq̄sitores, quorū iurisdictio cū tota in theologicis tradiciōib9 & sacris scripturis fundata esse deberet, ipsi tñ hanc omnem ex iure canonico & pontificijs decretis, ac si papam errare impossibile sit crudelissime exercent, ipsam scripturam sacram uelut mortuam literam, & non nisi umbram ueritatis a tergo relinquētes, quin & uelu ti hæreticorum, ut aiunt, scutum & ꝓpugnaculum procul reijciunt. Neque etiam antiquorum doctorum patrumq; tradiciones recipiunt, dicentes, quia falli possunt & fallere. sed unā Romanā ecclesiam, quæ, ut dicunt, errare non potest, cuius caput papa est, eiusq; curię stylum sibi scopum fidei pręfigunt, non aliud cum inquirendo expostulantes, q̄ si credat in Romanā ecclesiam, quod si affirmarit, ilico dicunt, ecclesia Romana hanc ꝓpositionem aut hæreticam, aut scandalosam, aut piarum aurium offensiuam, aut ecclesiasticæ potestatis derogatiuam damnat, moxq; ad palinodiam & reuocationem compellunt. Quod si tunc inq̄situs opinionē suam scri-

Ars inquisitoria.

Ordo inquirendi.

pturæ testimoniis aliis sue rationibus tueri conetur, interrumpētes strepitu iratis buccis, dicunt nō esse illi negocium cum baccalaureis & scholaribus ad cathedram, sed cum iudicibus ad tribunal, non esse ibi litigandum & disputandū, sed simpliciter respō dendum, si uelit stare decreto Romanæ ecclesiæ & opinionem suam reuocare, sin minus, fasciculos & ignē ostendunt, inquientes cum hæreticis non argumētis & scripturis, sed fasciculis & igne decertā dum, hominemq́ nec pertinaciæ alicuius conuictū, nec meliora edoctū contra conscientiam suā sua abiurare compellūt, q̄d si nolit, ueluti ecclesię desertorem seculari foro tradūt, ut cōburatur, dicentes cum Apostolo: Auferte malum de medio uestri. tāta olim fuit ecclesiæ mā suetudo pōtificumq́ clemētia, sicut in 4. distinctione de consecratione cōpilauit Gratianus, ut nec relapsos in Iudaismum capite punirent, nec blasphemos supplicio afficerēt: ipseq́ Berengarius in abominabilem hæresim relapsus, non solum nō occisus est, sed nec archidiaconi' dignitate priuat9 est. At hodie in minimū errorem ꝓlapsus, plus q̄ capitis reus agitur, & ab istis inq̄sitoribus nonnunq̄ pro minimo crimine tradit' incēdio: forte expedit hodie ecclesiæ tam seuera animaduersio, modo interea non occidat germana pietas, sunt hæreticæ prauitatis inquisitores nonnunq̄ ipsimet praui, possuntq́ etiam esse hæretici, q̄ res nouæ constitutionis Clemēti occasionē præbuit. debēt ergo inq̄sitores contra hæreticos, non ꝑ tenebricosa argumēta & rixosos sollogismos, sed ꝑ verbum dei de fide catholica disputare, & hæreticum per sacras literas conuince

1. Cor. 5.

Ecclesię & pontificum pristina in errātes mansuetudo.

re, deinde iuxta canonum documenta, & sacrorum conciliorũ constitutiones negociũ terminare, & inquisitum ad fidẽ orthodoxã reducere, aut hæreticũ declarare. neq; enĩ hęreticus est q temerarius nõ est, nec fautor hæreticorũ cẽsend9 est, q innocentẽ criminis & indemnatum hæreseos defẽdit quominus ad iniquorũ aliq͂ inq sitorũ, imo rapaciũ luporũ tribunal, & in locum non tutum tradatur dilacerandus. Iam uero etiam cum iure expresse cautum sit, inquisitores nec cognoscendi potestatem, nec iurisdictionem ullam habere super quauis hæresis suspicione, defensione, receptatione uel fauore, ubi & qñ non constat manifeste q̃ ibi sit hæresis expressa & explicite condemnata, tamẽ isti sanguisitibundi uultures, ultra priuilegia officij inquisitionis sibi concessa, contra iura & canones sese iurisdictioni ordinariorum ingerunt, arrogantes sibi iurisdictionem pontificum, in ea quæ non sunt hæretica, sed duntaxat piarum aurium offensiua, aut scandalosa, aut àlio quouis modo circa hæresim erronea, & in rusticas mulierculas crudelissime sæuiunt, quas sortilegij aut maleficij accusatas denunciatas ve, sæpe nullis iuridicis iudicijs precognitis, atrocibus enormibusq; tormentis exponunt, donec extortis nunq̃ co- gitatis confessionibus, habeant quod condemnẽt, & tunc uere inq sitores sese agere putant, quando non desistunt ab officio, donec misera sit combusta, aut inquisitori manum inaurarit quo misereatur, & tam quam tormentis sufficiẽter purgatam, absoluat: potest enim inquisitor non raro pœnas mutare, de corporali in pecuniariã, & suo inquisitionis officio

Inquisitores corrupti.

applicare, vñ illis nō modicum lucrum est, habētq; ex miseris illis non paucas q̃ annuum censum illis pendere coguntur, ne denuo rapiantur ad inquirendum: p̃terea cum bona hæreticorum Fisco proscribuntur, etiam inde nō parua præda est inquisitori, sola deniq; accusatio aut denunciatio, uel leuissima etiam suspicio hæresis aut sortilegij, ipsaq; inquisitoris citatio, infamiam annexam habent, cuius integritati non nisi data inquisitori pecunia, consulit, atq; illud nōnihil est. Hac cautela dum essem ego in Italia, pleriq; inquisitores in ducatu Mediolanensi multas honestissimas matronas etiã ex nobilioribus uexarunt, ingētemq; pecuniã à timidulis territisq; clam emunxerunt. Tandem cognita fraude à nobilibus male mulctati sunt, uixq; gladium & ignē euasere. Fuit mihi olim cũ apud Mediomatricos reipublicę à consilijs aduocatus p̃esse, grauis admodũ cum inquisitore pugna, q rusticam mulierculam ob futiles q̃sdam & iniquissimas calumnias in suã carnificinã & in locum nō debitum hō nequã nequiter traxit, non tam inquirendam q̃ trucidandam: hanc ego cum tuendam suscepissem, ostendissemq; in ipsis actis nihil esse indicij quod ad quęstionem faceret, ille in faciem resistens, Est, inquit, unum sufficientissimum, nam mater huius quondam pro sortilega excremata est: hunc articulum ego cum impertinentem & de facto alieno citatis iuribus etiã ex iudicis officio rejciendum esse ostenderem, ille mox cōtra, ne sine ratione locutus uideretur, ex mallei maleficarum penetrabilibus & peripateticę thologiæ fundamentis, talem eduxit inquiens: ideo id esse, cũ

Inq̃sitoribus annuũ censum pē dunt mulieres rusticanæ.

qa solitæ sint maleficæ mulieres fœt• suos ilico natos sacrificare dæmonibus, tum quia solent illos ex incuborum dæmonum concubitu plurimum concipere, quocirca contingit tunc in hac prole ueluti ex hæreditario morbo radicatam remanere malitiam, Infero ego, siccine puer se pr̃ tu theologistas ꝰ hisce figmẽtis ad torturam ꝑtrahis insõtes mulierculas, istis sophismatibus alios iudicas hæreticos, tu ipse Fausto Donatoq́ꝫ hæreticis ea sententia non inferior ꝰ esto ita ut dicis, nonne euacuas gratiam baptismi ꝰ ac frustra dixerit sacerdos, exi immunde spũs, da locum spiritui sc̃tõ, si propter sacrificium impię parentis ꝓles remansura sit diabolo: quod si tibi libeat etiam illorum opiniones tueri, qui incubos dæmones gñrare posse fatentur, certe nullus eorum q hoc asserunt, adeo desipuit unq̃, ut sentiret dæmones illos una cũ sufforato semine aliquid de natura sua extra mittere in genitum: quin ego tibi dico, inquam, ex fide, ꝙ ex ꝓpria natura humanitatis nr̃ę, sumus oẽs nati una massa peccati & maledictionis æternæ, filij ꝑditionis, filij diaboli, filij iræ dei, & hæredes inferni, sed per grã baptismi eiectus est de nobis sathanas, & effecti sumus noua creatura in Iesu Christo, à q̃ nemo potest nisi ꝑ pc̃m̃ ꝓprium separari, tm̃ abest ut obsit illi factum alienum, Vides nunc quã sit hoc tuum quod ais sufficientissimum, iudicium iure irritum, & rõne uacuum, & adsertione etiam hęreticum: incanduit super ijs crudelis hypocrita, & comminabat̃ sese aduersum me, ut cõtra fautorem hæreticorum, causam acturum: ego misellam illam defendere non destiti, ac tãdem

Baptismi vis & gratia.

iuris potentia ab ore leonis illius saluam eripui, restititq; sanguinolentus ille monachus coram omnibus confusus, & crudelitatis nomine perpetuo infamis, etiam calumniatoribus illis qui mulierem traduxerant, ipsi Metensis ecclesiæ capitulo, cuius subditi erant, insigni mulcta condemnatis.

De theologia scholastica. Cap. XCVII.

POstremo nũc restat de theologia dicere. Prætcribo autem gentilium theologiam à Musæo, Orpheo, Hesiodo, quondam descriptam, quam omnino poeticã & fabulosã esse in cõfesso est: quã Eusebius & Lactantius & aliorum Chr̃ianorũ doctores iam dudum ualidissimis rationibus profligarunt, neq; etiam de Platonis cęterorumq; philosophorum, quos oẽs errorum magistros ostendimus superius: Sed de Chr̃ianorum theologia nobis duntaxat hic sermo esto, hãc certũ ẽ non nisi à doctorũ suorũ fide depẽdere, cũ nullã sub artem cadere q̃at. Primum autem dicamus de theologia scholastica, q̃ Parrhisiensium Sorbonæ mixtione quadã ex diuinis eloquijs & philosophicis rationibus tanq̃ ex cẽtaurorum gñe biformis disciplina conflata est: insuper & nouo quodam ac ab antiquorum usu alieno tradendi gñe per quæstiunculas & argutos syllogismos absq; omni sermonis elegantia conscripta, alioquin tñ iudicio & intellectu plenissima, & quæ ad reuincendos hæreticos non modicum attulerit ecclesiæ emolumentum, eius autores & qui in ea excelluerũt, fuerũt Magister sententiarum, Thomas Aquinas, Albertus cognomento Magnus, & multi alij excellentes uiri: porro Iohannes Scotus

doctor intellectu subtili, sed in cõtentione ꝑcliuiori. Hinc iandẽ scholastica theologia in sophismata paulatim delapsa est, dũ recensiores isti theosophistæ, ac verbi dei cauponatores, q non nisi empto titulo theologi sunt, ex tã sublimi facultate quãdam logomachiam fecerunt, circũeuntes scholas, mouentes quæstiunculas, fabricantes opiniões, & scripturis vim inferentes, intricatis verbis alienũ sensum illis obducẽtes, paratiores ventilare, q̃ examinare, multa admodũ iurgiorũ seminaria excogitare ausi, qbus litigiosis sophistis cõtendendi materiam prębent, dum formas abstrahunt, dum discutiunt intellectus, dum voces ipsas gña dicũt & species, dũ alij rebus, alij solis noĩbus inhærent, & quod vni subtrahunt, alteri inscribunt, alij indifferenter hoc accipiunt, & student quisq; qbus suam heresim possint confirmare. Atq; ipsam fidem nostram sacrosctãm apud sapientes huius seculi (q; etiam Thomas Aquinas conqueritur) risui ac diffidentiæ exponũt, dum relictis post terga canonicis spũsancti scripturis, multas admodum aptas iurgiis de diuinis quęstiones sibi delegerunt, in quibus ingenium suum excercentes, & ætatem consumentes, totius theologię doctrinam in illis solis collocarunt, quibus si quis sacrarum literarum autoritate resistere velit, mox auditurus est: litera occidit, perniciosa est, inutilis est, sed quod latet in litera, inquirendum dicent, moxq; ad interpretandum, ad exponendum, ad glossandum, ad syllogizandum conuersi, quemuis potius alium quam proprium literę sensum illi induunt. si instas acrius, si urges, contumelias recipies & asinus di-

ceris, quiq̃d latet in litera, non intelligas, sed tãq̃ serpens sola terra uescaris, adeo nulli penes eos ꝓ theologis habentur, nisi q̃ norint egregie contẽdere, & ad omne propositum instantiam dare, prõpte fingere, & nouos sensus inuenire, ac monstruosis uocabulis sic obstrepere, quo nõ prę rei difficultate, sed ꝑ uerborum portentis intelligãtur à nemine. Atq; hi tunc doctores uocantur, cũ id effecerint, ut intelligantur quam minime. his tunc auditorum circũstrepit multitudo, qui quicq̃d ex istis hauserint, ex intimis theologiæ abditis depromptum putant, iurantq; in uerba magistri, & inopinabile putant, si quid illi fuerit ignotum, illiusq; opinionibꝰ sic captiuantur, ut nullis aduersis rõibꝰ uincant̃, nullis scripturis acquiescant, sed ad sinum mr̃is suæ in quo geniti sunt, more Antæi uires reparare cõtendunt, suosq́; doctores in subsidium uocant: tunc

Vultur iumento canibus trucibusq́; relictis,
Ad suos properat, partemq; cadaueris affert,
Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis, & se
pascentis propria cum facit arbore nidum.

Hinc effectũ est, ut scholasticæ theologię sublimis gymnasiorũ facultas, ab errore malitiaq́; nõ sit immunis, tot sectas, tot hæreses introduxerunt praui hypocritę temerariiq; sophistæ, qui (ut inq̃t Paulus) non ꝓpter bonam uoluntatem, sed propter contentionem Chr̃m prædicant, ut facilius inter philosophos conueniat q̃ inter theologos, qui omnem illam antiquæ theologiæ gloriam humanis opinionibus nouisq́; erroribus extinxerunt, ac uariis exponendi institutis ceu labyrinthis excogitatis, fucatis

titulis detestandam doctrinam professi, sacre theologiæ nomen sibi furto & rapina usurpant, ac sanctorum doctorum noībus & institutis abutentes, sectas introduxerunt, sicut olim in ecclesia dictum: Ego Apollo, ego Pauli, ego Cephę. ꝑtēdentes studia eorum, quorum opera initiati sunt doctrinis, & iurantes in uerba magistri, cæteros spernunt, & non quid, sed à quo quid dicatur attendentes. Atque hi sectatores insuper inter se multifariā secti sunt. Nam aliqui eorum quibus sublime ingenium est, quiq; peritiores ꝓphetis & apostolis uideri uolūt, ea quæ sola fide credunt, etiā suis syllogismis sese inuenire & demonstrare posse ꝑsumunt, atq; de diuinis philosophant deploratis quæstionibus, contenduntq; ꝓdigiosa confidentia, uarijs nonnunquā etiam absurdis opiniōibus, ut cum diuinam essentiā à relationibus, alij re ipsa, alij duntaxat ratione distinguūt: alij infinitas (ut loqūt) realitates tanquā Platonicas ideas adstruunt, illas rursum alij negāt atq; rident, tot preterea de deo portenta, tam uarias diuini numinis formas, tot phantasmatum cogitationumq; suarū de diuinis idola fabricāt, Christūq; saluatorē opinionum suarum prauitate discerpūt: atq; tam uarijs sophismatum laruis uestiunt, ac tanquam cereum idolum in quāuis uolunt figurā, suis absurdis suppositionibus formant atq; reformant, ꝙ eorum doctrina mera uideri posset idololatria. Cæteri uero quibus ad tam alta non est ascensus, hi diuorum construunt historias, pie nonnihil admentientes, supponunt reliquias, fabricant miracula, cōfinguntq; (quæ exempla uocant) uel plausibiles uel

terribiles fabulas, numerant preces, ponderant me-
rita, metiunt̃ cęremonias, nundinantur indulgẽtias,
distribuunt uenias, uendunt sua bñfacta, ac mendi-
cãdo populi deuorãt pctã. Atq; de apparitionibus,
adiurationibus, respõsisq; defunctorum uelutícer-
ta lege pronunciant, atq; ex Tundali Brandarijq; li-
bris, aut ex patricij antro edocti, ludunt purgatori
orum tragœdias, & indulgentiarum comœdias, &
à suggesto ueluti scena, tã militari audacia, tã Thra
sonica iactantia, tam arrogantibus oculis, cõmuta-
to uultu, protẽsis brachijs, multiformibus gestib9,
cuiusmodi Proteum describunt poetæ, sese trãsfor
mantes, uentosa lingua ac stentorea uoce ad plebẽ
detonant. Qui uero ex his ambitiosiores, cyclícę do
ctrinæ pariter & eloquẽtiæ decorem sibi arrogãt,
hi in clamando (declamando dicere putaui) canunt
poemata, narrant historias, disputant opiniones, ci
tant Homerum, Vergilium, Iuuenalem, Persium, Ti
tum Liuium, Strabonem, Varronem, Senecam, Cice-
ronem, Aristotelem & Platonem. Atq; pro euan-
gelijs, pro uerbo dei meras nugas & humana uerba
crepant, p̃dicantes euangelium nouum, adulterãtes
uerbum dei, quod annunciant non ad grãm, sed ad
quæstum & ad p̃cium. Viuentes autẽ non ad ueritatẽ
uerbi, sed ad uoluptatẽ carnis, & cum interdiu e sug
gesto de uirtute uario errore loquuti sunt, sero in
latibulis clunes agitant labore nocturno. Atq; hæc
est uia eorum, q̃ itur ad Christum. Deniq; ubi ui-
tia reprehendẽda occurrunt, mirum q̃ linguæ ma-
ledicentia irascantur, qua gestuum insolentia debac-
chentur, q̃ sermonis turpitudine incandescant, qua

uocis impudentia exclament, ac si Christus sui uerbi præcones non attrahentes à dextris molli reticulo piscatores, sed persequentes à sinistris sagittarios ac uulnerarios uenatores esse uoluerit: aut ipsi etiam non homines sint, atque iis ipsis uitiis quæ insectantur uel maioribus, obnoxii sint, aut aliquando fuerint, uel adhuc obnoxii fieri possint. ita isti piscatores hominum, quibus lingua pro rete est, ut trahant malos ad salutem facti sunt uenatores etiam bonorum in exitium: os habent quasi arcum mendacii, sagitta uulnerans lingua eorum. sed dimissis istis ad ueram theologiam nunc properemus, atque hæc etiam bifariam partita est: nam una prophetica est, altera interpretatiua est. De posteriore prius dicemus.

De theologia interpretatiua. Cap. XCVII.

PUtant enim interpretatiui theologi, quod quemadmodum naturę liberalitate, uuæ, oliuæ, frumenta, linum & huiusmodi plura crescunt & maturantur, e quibus tandem hominum ingenio & adiumento formantur uinum, oleum, panes, tela, & sic reliqua naturæ opera humanis artibus complentur, ita etiam diuina oracula admodum obscura & abscondita data, nostris interpretationibus explicanda, non quidem ex nostris uiribus aut adinuentionibus, quasi dei oracula sicut naturæ opera opus habeant nostro adiumento, sed ex ipsomet scripturarum illarum sancto spiritu, qui distribuit dona sua omnibus secundum quod uult, & ubi uult, faciens alios quidem prophetas, alios prophetarum interpretes. Hęc itaque diuinorum interpretandi theologia, non peripateticorum more definiendo, aut diuidendo, aut componendo, quorum modorum

nullus ad deum attingit cum ille nec definiri, nec diuidi, nec cōponi possit, ꝑgreditur: sed alia cōstat cognoscendi uia, quę inter hanc & ꝓpheticam uisionē media est, quę est adęquatio ueritatis cū intellectu nostro purgato, ueluti clauis cum sera, qui ut est ueritatem omnium cupidissimus, ita intelligibilium omnium susceptiuus est, atq; idcirco intellectus possibilis uocatur, q̄ & si nō pleno lumine ꝑcipimus ea q̄ depromunt ꝓphetę, & hi q̄ ipsa diuina conspexerunt, aperitur tn̄ nobis porta, ut ex cōformitate ueritatis perceptę, ad intellectum nostrū, & ex lumine ꝙ ex ipsis penetralibus apertis nos illustrat, multo certiores reddimur q̄ ex philosophorum apparentibus demſtrōationibus, diffinitiōibus, diuisionibus, & cōpositionibus, daturq; nobis ut legam⁹ & intelligamus, nō oculis & auribus exterioribus, sed ꝑcipiamus melioribus sensibus, & ablato uelamine & reuelata facie hauriamus ueritatem à medulla sacrarū literarum emanantem, quam sub uelaminibus tradiderunt hi qui uero intuitu conspexerunt, quæ à sapientibus huius mundi & philosophis cognitionibus abscondita est, eamq; nos tanto certitudinis iudicio apprehendimus, ut omnis amoueatur perplexitas. Atq; cum hęc ueritas in sacris literis multiplex lateat, hinc sancti & spirituales uiri uarias & multiplices sacrarum literarum expositiones adorti sunt: nam alñ per corticem literæ leni decursu incedentes, scripturas concordantes, & literam per aliam literam exponentes, ex uerborum ordine, etymologijs, proprietatibus, atque ex uocabulorum uiribus, & similibus sensum aliquem conuincentes, scri-

pturæ ueritatem uenant̃, quam expositionem idcirco literalem uocant. Alij quęcunq; scripta sunt, ad animæ negotiũ & iustitię opa referunt, q̃rum expositio idcirco moralis dicit̃. Alij hanc per uarios tropos siue figuras ad ecclesiæ arcana reuocant, q̃rum sensus ꝓpterea tropologicus uocatus est. Alij supnæ uitæ cõtemplationi dediti, omnia ad cęlestis gloriæ arcana referunt, quam expositionẽ Anagogicam nuncupant. Atq; hæ sunt quatuor in ecclesia exercitatę theologorum expositiones: p̃ter q̃s sunt adhuc aliæ duæ, q̃rum una ad temporum uicissitudines, regnorum mutationes, & seculorum restitutiones om̃ia referens: idcirco typica dicta est, in q̃ excelluerunt Cyrill9, Methodius, & Ioachim abbas, atq; ex recentioribus Hieronimus Sauonarola Ferrariẽsis. Altera in ipsis sacris literis ipsius uniuersi & sensibilis mundi totiusq; naturæ ac mundanæ fabricę uires uirtutesq; exquirit, quam expositionem inde physicam siue naturalem appellant, in hac excellũt Rabi Symeon, Ben Ioachim qui super Leuiticum amplissimum uolumen scripsit, in q̃ pene omnium rerum naturas discutiens, oñdit qũo Moyses secundum triplicis mundi conuenientiam & rerum naturam, arcam, tabernaculum, uasa, uestes, ritus, sacrifitia, & reliqua mysteria ad deum et uirtutes cęlestes placandas, & ad expiandum horum imaginem hominem ordinauit, & hanc expositionẽ multi cabalistæ sequũtur, illi uidelicet qui de Bresith, hoc est, de creatis tractant. Nam illi qui de mercana, hoc est, de tribunali dei disserentes per numeros, per figuras, per reuolutiones, per symbolicas

rationes, omnia in ipsum referunt archetypum, hi anagogicum sensum scrutatur. Hi igitur sunt sex famosissimi sacrarum literarum sensus, quorum autores, expositores, & interpretes omnes communi uocabulo theologi nuncupati sunt. Eiusmodi itaque ex nostris fuerunt Dionysius, Origenes, Polycarpus, Eusebius, Tertullianus, Irenæus, Nazianzenus, Chrysostomus, Athanasius, Basilius, Damascenus, Lactantius, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Ruffinus, Leo, Cassianus, Bernardus, Anselmus, & multi alij sancti patres, quos illa prisca tempora protulerunt, nonnulli etiam posteriores, ut Thomas, Albertus, Bonauentura, Aegidius, Henricus gandauensis, Gerson, & plerique alij. Verum omnes hi interpretatiui theologi homines cum sint, humana quoque patiuntur: alicubi contraria, aut pugnantia scribunt, nonnunquam à seipsis dissentiunt, in multis hallucinantur, nec omnes omnia uident. Solus enim spiritussanctus plenariam diuinorum scientiam habet, qui distribuit omnibus secundum certam mensuram, multa sibi reseruans, ut semper nos habeat sibi discipulos. Omnes enim (ut ait Paulus) non nisi ex parte cognoscimus & prophetamus. Tota igitur hæc interpretatiua theologia in libertate spiritus uersatur, & separata quædam à scriptura sapientia est, in qua unicuique iuxta suum sensum abundare datum est, per multiplices illas quas recitauimus expositiones, quas Paulus unico uocabulo mysteria siue mysteriorum locutiones uocat, ubi ait: Spiritus loquitur mysteria, unde Dionysius hanc mysticam & significatiuam theologiam uocat, à sanctis illis doctoribus in-

gentibus uoluminibus tractatam. Neq; uero illis per omnia credatis, nam multi illorum perseuerarunt in multis erroneis opinionibus de fide, quae per ecclesiam pro haereticis reprobatae. Sicut manifestum est de papia Hieropolitano episcopo, de Victorino pictauiensi, de Hirenaeo Lugdunensi, de beato Cypriano, de Origine, de Tertulliano, & multis alijs, quos cõstat in fide errasse, & opiniones illorum pro haereticis dãnatas, cum tñ ipsi habeant in canone sanctorum. Hic tñ altiore opus est spũ qui dijudicet atq; discernat, qui uidelicet non ex hoĩbus, nec ex carne & sanguine, sed desup datus sit à patre luminum, de deo enim sine eius lumine nemo rite quicquam effari potest, lumẽ autem illud est uerbum dei per quod omnia facta sunt, illuminans omnem hominem uenientẽ in hunc mundum, dans illis potestatem filios dei fieri, quotquot receperunt & crediderunt ei: neq; uero alias est qui possit enarrare quae sunt dei, nisi proprium ipsius uerbum. quis enim alius cognouit sensum domini? aut quis alius consiliarius factus est, nisi filius dei uerbum patris? De hoc nunc mox dicturi sumus, si propheticam theologiam prius absoluerimus.

De *theologia prophetica*. *Cap.* XCIX.

QVemadmodum prophetia est sermo prophetarũ, sic theologia nõ est aliud quam traditio theologorum, hoc est, cum deo loquentiũ: neq; etiam qui prophetiam aliquam memorauerit siue interpretari nouerit, is protinus propheta est, sed ille qui in diuinis cum sciẽtia pietatis uirtute ac sanctitate est praeditus, qui cum deo loquitur, & in lege eius medita-

tur die ac nocte: sic nanque Iohãnes autor Apocalyp
sis, in literis Dionisij nominatus est theologus, à di
uina scilicet locutione, quibus dixit ipsa ueritas: qui
uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: quod
uerbum non ad contensiosos theosophistas dictum
est, sed ad ueros theologos, ad apostolos, ad euange-
listas, ad nuncios uerbi dei, qui dicunt: Nõ audeo ali
quid loqui quod per me non efficit Christus. Horum
itaque theologorum de fide & pietate sanctæ traditi
ones, theologia sunt. Horum dictis atque scriptis cre
dit, tanquam fundatis non in contẽtionibus syllogismo
rum aut opinionibus hoim, sed in doctrina sana (ut
ait Paulus) diuinitus inspirata: non philosophorum
more diuidendo, definiendo, cõponendo, speculando
acquisita, sed essentiali quadam diuinitatis contactu,
per claram ipso diuino lumine uisionem comprehensa:
cuius uisionis plures admodum species in sacra scri
ptura deprehendimus, iuxta prophetarum diuersas reci
piendi dispositiões: nam quosdam legimus deum si-
ue angelos in forma hoīs uidisse, alios in forma ig-
nis, alios in forma aeris ac uenti, alios in forma flu-
uij & aquæ, alios in forma uolucrum, alios in for-
ma lapidum preciosorum & metallorum, alios in for
ma literarum ac characterum aut manus scribentis,
alios in sonitu uocis, alios in somnijs, alios in spiri-
tu quodam habitante intra se, alios in energia intel-
lectus: quocirca scriptura sacra prophetas omnes ui
dentes uocat. Sic legimus: uisio Isaiæ, uisio Ieremię,
uisio Ezechielis & reliquorum. Et in noua lege Io-
hannes ait: Fui in spiritu in illa dominica die, in qua
subuectus uidi thronum dei. Et Paulus testatur

Diuersæ propheta-rum visiones.

se uidisse quæ nō licet homini loqui. atq; hic intuitus à plerisq; raptus uocat̃, siue extasis, siue mors spiritualis: fit em̃ tunc separatio q̃dam animæ à corpore, sed non corporis ab anima. De hac morte dictum est: Deũ non uidebit hõ & uiuet. Et alibi: Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Et clarius adhuc ꝑ Apostolum exp̃ssa est, ubi ait: Mortui estis, & uita ur̃a abscondita est cum Christo. hac igitur morte mori oportet, q̃cunq; ingredi cupit ad ꝓpheticę theologiæ penetralia. Huius aũt tam deificæ uisionis duplex est intuitus: Vnus q̊ uidetur deus facie ad faciẽ atq; tunc uident ꝓphetæ (ꝙ ait Paulus) quæ non licet homini loqui, atq; quæ nulla nec hoim, nec angeloꝝ lingua potens est exprimere, nec calamus reserare. Est siquidem q̃dam diuinæ essentiæ contactus & unio, & sine omni imagine & similitudine puri & separati intellectus illustratio: ideoque interpretant̃ hanc theologi uisionem meridionalem, sicuti de ijs late disserunt Augustinus sup̃ genesim, & Origines contra Celsum. Alter intuitus est quo uidentur posteriora dei, qñ uidelicet claro intuitu intelliguntur creaturæ, q̃ sunt creatoris posteriora & effectus, ꝑ quarum cognitionem cognoscitur creator opifex, & prima causa agens oĩa, sicut ait Sapiens: A magnitudine speciei & creaturæ, poterit cognosci eorum creator. Et Paulus de eodẽ inquit: Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta cognoscuntur: quin & apud peripateticos usitatus dicendi modus est, ut arguentes ab effectibus ad causas, dicantur arguere à posteriori. utraq; hac uisione fruebatur Moyses, testantibus id sacris literis

nam de priore legimus, qa uidit Moyses dñm facie ad faciem, de altera legimus illi dictũ a dño: Videbis posteriora mea, & iuxta hanc posteriorũ uisionẽ condidit Moyses legem, & instruit sacrificia & cæremonias, & ædificauit arcã, cæteraq; mysteria ad ipsius uniuersi exploratissimũ exẽplar, omniaq; hæc & naturę opum secreta in illis cõplexus est atq; hęc uisio rursus bifariam incedit: nam aut creaturas in ipso deo intuet̃, & uocatur à theologis uisio matutina: aut deum ipsum conspicit in creaturis, & uocat̃ uisio uespertina. Est ꝑterea alia q̃dam prophetica uisio, uidelicet q̃ in somnijs fit, sicut legimus apud Mathęum: qa apparuit angelis dei in somnijs Ioseph. & alibi: qa magi adorato Christo in somnijs admoniti sunt, ut ꝑ aliam uiam reuerterentur in regionem suam. Sunt & in ueteri testamẽto multa illius exempla, qualis deniq; sit hæc uisio, exponit ipse Iob, ubi dicit: In horrore uisionis nocturnæ, qñ cadit sopor super hoĩes & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures, & erudiens, instruit eos disciplina. Et hæc tanquam quarta uisionum species, uocatur nocturna. Sunt adhuc alia duo prophetiæ genera, unum quod expressa uoce recipitur, quo genere illustrati & docti fuerunt Moyses in monte Sina, Abraam, Iacob, Samuel, & pleriq; alij ueteris legis prophetæ, in noua autem legẽ apostoli, & Christi discipuli omnes uiua & uera uoce à Christo edocti fuerunt. Alterũ genus prophetiæ fit agitatione spiritus, quando uidelicet anima à numine aliquo correpta, illi tunc annexa & ab animali homine abstracta, & ab eo sapientia & cognitione ultra omne humanum ingenium

Visio matutina & uespertina.

Visio nocturna.

& uires repletur, quæ quidem correptio ꝑuenit nō solum ab angelico numine, sed nonnunq̃ etiam à spiritu dñi, sicut legitur de Saul, q̃a insiluit in eum spiritus dñi, & prophetauit, & mutatus est in uirum alterum, & numeratus inter prophetas. Et in Actib9 apostolorum, spũsanctus insiluit in baptizatos in flamma ignis, atq; hic spũs sæpe etiam corripit homines peccatis obnoxios, q̃n multi gentilium uates, ut Cassandra, Helenus, Calchas, Amphiarus, Tiresia, Mopsus, Amphilochus, Polybius Corinthius. Item Galanus Indus, Socrates, Diotima, Anaximander, Epimenides Cretēsis, Item Magi Persarum, & Asiatici Brachmani, Aethiopum gymnosophistæ, & Memphitici uates: Gallorum Druides, & Sibyllæ eo ipso excelluerunt. Ad quam quidem propheticam spiritus correptionem nonnunq̃ præuiæ quædam cęremonię, & offitij autoritas, sacrorumq; cōmunio plurimum p̄stant: sicuti de Balaam exemplificat scriptura. Et alibi de applicatiōe ephod: & euãgelista testatur de Caipha, q̃a prophetauit cum esset pontifex anni illius. Atq; hinc Hebræorum Mecubales etiam prophetandi artificium commentari ausi sunt. Transeo quæ circa ista Hebræorum theologi de triginta duabus semitis intelligentiæ profunda contemplatione tractant, & q̃ Augustinus de gradibus tetigit, Albertus de receptiōibus formarum, quarum ille septem modos refert in somnijs, & totidem in uigilia apparitiones. De quibus unum hoc duntaxat admonemus considerandum: Non semper diuina numina ꝓphetis forinsecus occurrere in conspectu aut colloquium, sed sæpissime illa intrinse-

cus causari, cum uidelicet mens prophetæ diuinum lumen concipit, cuius illustratio effusa radijs suis per singula media usque in hoc crassum corpus, etiam sensus ipsos suæ felicitatis reddit participes, & ex intellectu per rationem & imaginationem ac passim per totam animam usque ad sensuum instrumenta intrinsecus progrediens, in illis euadit obiectum, ut nox uel lumen uel uisio uel sermo unumquenque sensuum proprio sua conditione mouens: & id quidem multis prophetis contigit, alijs quidem in uigilijs, alijs uero in somnijs. Sic legimus apud Platonem & Proculum de Socrate, illum nō solum intelligibili influxu, sed etiam per uocem & colloquium inspiratum fuisse: multo tamen facilius hæc in somnijs proueniunt, sed de hoc hactenus. Quin ad propositum nostrum reuertamur. Est itaque prophetica theologia, quæ ex intuitiua inspiratione inconcussum uerbum dei docet: Autoritas autem & argumenta quibus corroboratur illius ueritas, non sunt hominum placita, non lōgi temporis usus, non sapientum excogitata cōmenta, non sectarum magnifica decreta, non syllogismi, non enthymemata, non inductiones, non obligationes, non insolubiles consequentiæ, sed diuina oracula sibi inuicem consonantia, in uniuersa ecclesia unanimi ac stabili cōsensu recepta, miraculis, prodigijs, portentis & omnimoda sanctitate uitæque discrimine, ac ipso effusi sanguinis testimonio probata: doctores autem huius propheticæ theologiæ habemus Moysen, Iob, Dauid, Salomonem, & plerosque alios ueteris testamenti canonicos scriptores & prophetas: Noui autem testamenti doctores habemus apo-

stolas & euangelistas. atq; uero hi oẽs licet spũsan-
cto repleti fuerint, oẽs tñ alicui à ueritate defece-
runt, & secundum qd fuerunt mendaces, non q sciẽ
ter, quod astu aliqd mentiti sint, hoc enim dicere p-
niciosissimus, atq; Arrij ac Sabellij hæresibus ma-
ior & piculosior error est, totius canonicæ scriptu-
ræ subuertens autoritatem, in quo tamẽ tam maxi-
mo errore fuit olim magnus ille ac sanctus Hiero-
nymus, de reprehensione Petri, disputans aduersus
Augustinũ: dixerat enim Hieronymus Paulũ astu-
mentitum. Quod si cõcessum fuerit, & in sacra scri-
ptura tale mendacium admissum fuerit, mox (ut ait
August.) tota sacrarũ literarũ certitudo corrueret.
Cui sic momenti post plures contradictiones & er
roris sui defensiones, tandem agnito errore, & cog-
nita ueritate cessit Hieronymus, q ergo dico, sacros
scriptores secundum qd alicubi fuisse mẽdaces, intel
ligi uolo, non sponte errantes, sed aut humanitus la-
psos, aut mutata dei sententia deficientes. Sic defecit
Moyses q pollicitus erat populo Israel, ut educeret
eum de Aegypto, & introduceret in terram promis-
sam, & eduxit quidem de Aegypto, sed ad terrã pro
missam non perduxit. Defecit Ionas, Niniuitis cladẽ
in quadragesimũ diem prænuncians, quæ tamen di-
lata est. Defecit Helias prædicens mala uẽtura in die
bus Achab quæ etiam usq; in obitum Achab dilata
sunt. Defecit Isaias prædicens mortem Ezechiæ in
crastinum, quæ usq; ad annos quindecim prorogata
est. Defecerunt & alij prophetæ, & ipsorum omnia
uaticinia reperiuntur aliquando sublata aut suspen
sa. Defecerunt etiam apostoli & euangelistæ Defe-

Hieronymi error.

cit Petrus qñ reprehensus est à Paulo. Defecit Mat
thæus qñ scripsit Christũ nõdum mortuum, dum lã
cea latus eius aperuit. Verum iste defectus nõ est de
fectus spiritussancti, sed aut defectus prophetæ, nõ
bene percipientis quid suggerat spiritus, uel indicet
uisio, aut ex aliquo mutatione facta in ijs de quibus
uaticinabatur, unde cõtingit oraculi sententiam aut
mutari, aut differri. Hinc contingit omnes prophe-
tas & scriptores in aliquibus uideri mendaces iuxta
scripturã dicentem: Omnis homo mendax. Solus au
tem Christus deus & homo, nunq̃ repertus est, nec
reperitur mendax, nec uerba eius mutabuntur aut de
ficient, qui solus expers mendacij & erroris, oracu-
la nunq̃ irritãda protulit, sicut ipse dixit: Cœlum
& terra trãsibunt, uerba autem mea non præteribũt,
& quia om̃is ueritas est per spiritumsanctum, solus
Christus hunc spm̃sanctum firmiter possidet, & nũ
quam dimittet̃ ab eo, sed requiescit in illo. Non sic
est de alijs: nam uenit spiritus super Moysen, sed in
percussione petræ ablatus fuit. Venit super Aaron,
sed in peccato uituli recessit. Venit super Annam so-
rorem illorum, sed in murmuratione contra Moy-
sen reliquit illam. Venit super Saulum, Dauid, Salo
monem, Isaiam, & reliquos, sed non requieuit in il-
lis. Neq; uero prophetæ semp sunt prophetæ, siue
uidentes, pdicentes q; : neq; habitus continuus est pro
phetia, sed donum & passio & spiritus transiens, &
cum nullus sit qui non peccet, nullus est à q̃ non rece
dat spũs & ad tempus saltem relinquat, nisi à solo fi
lio dei Iesu Christo, de quo ideo dictum fuit ad Io-
hannem, Super quem uideris spm̃ descendentem et

manentem in eo, hic est filius dei, qui baptizat in spiritusancto, potens illum etiam aliis impartiri. Vnde (quemadmodũ ait Simonides) solus deus habet hũc honorem quod sit metaphysicus, ita & nos uere dicere poterimus: Solus Christus habet hũc honorem quod sit theologus. neq; tamen propterea quis putet ueteris testamẽti scripturas, post natum ex illis diuino partu Christi euangelium, idcirco tanq̃ effœtas & mortuas, uiuunt enim semper summa in autoritate, ex illis apostoli sua probarunt dogmata, & sine illarũ testimonio loquuti sunt nihil, ad illas nos remittit ipse Christus scrutandas, cuius euangelium scripturas illas non soluit, sed adimpleuit, usq; ad minimum iota & apicem. Sed de hoc latius disseremus inferius. Illud adhuc aduertendum est etiam ipsam sacram scripturam multis uoluminibus suis deficere, quod ex ea ipsa facile cõuincitur. Nam Moyses citat libros bellorum dñi, & Iosue librum iustorum, Hester libros memorabilium, & Machabęorũ liber citat libros sanctos de Spartiatis, & Paralippomenon cõmemorat libros lamentationũ, libros Samuelis uidentis, libros Nathan, Gad, Semeię, Haddo, Aliæ Silonitis, & Iesu filii Hammoni, ꝓphetarũ. Citat Iudas in epistola canonica librũ Henoch. Citatur à fide dignis liber Abraę patriarchę, q̃ omnes periere & nusq̃ sunt. Iam uero & q̃ habentur in manibus, non oẽs æqua lance recepti sunt, Nam Dionysius euangelium Bartholomęi, & Hieronymus meminit euãgelium secundum Nazaræos, & Lucas in præfatione euangelii sui, plures ait euangelium scribere aggressos, quæ omnia perierunt & ampli-

us non sunt, & plura illorum, quia ab hæreticis de-prauata sunt, aut incertis autoribus inuulgata, nec à patribus recepta sunt, nec ab ecclesia adprobata. Tã-ceo interim pseudo prophetas, q̄ subintroierunt, ꝓ-pter uanam gloriam prophetãtes, q̃ spiritussanctus non suggessit, sed inaudita quædam mendacia, q̃ nõ sunt de ueritate scripturę, nec ad unitatẽ spũs, nec ad pacẽ ecclesiæ, sectas introducunt, & q̃ fidei consilia-rios sese ꝓcaci temeritate cõstituentes, audent testa-mentum dñi assumere per os suum, & scribere uatici-nia & euangelia, q̃ omnia aut hæretica sunt, aut apo-crypha, nec sacro canoni inserta, quẽadmodũ de apo-stolorum canonibus manifestũ est. Sed ipsa Salomo-nis cãtica in sacro Hebręorũ canone inserta non fue-runt, nisi prius castigata & cõprobata ab Isaia ꝓphe-ta. Iam ex his facile patet, q̃uo ipsa etiã uera theolo-gia, sacra uidelicet scriptura, multis uoluminibus suis priuata, & quodãmodo manca uideri posset, ac pauci admodum ex multis ueri ac certi super sint, qui tanquam libri uitæ sacrum canonem construant.

De *uerbo* Dei. *Cap.* C.

EN audistis modo q̃ sint om̃es disciplinę ambi-guę, q̃ bisulcatæ, q̃ incertæ, q̃ plenæ periculo, ut quãtum ex ipsis est nescire cogamur, ubinam qęs-cat ueritas, etiam in theologia, nisi sit qui habeat cla-uem scientię & discretionis, (clausum enim est, ueri-tatis armarium, uarijsq́ obductum mysterijs, atq́ ipsis etiam sapientibus & sanctis præclusum) q̃ ad-tm̃, tam incomprehensum thesaurum nobis pateat ingressus. Clauis autem hęc sola est (nec quicquam aliud) quã uerbum dei, hoc solum discernit omnem

uim speciemq́ uerborum, & quis sermo ex arte sophistica ueniat, non ueritatem, sed eius quandam preferens imaginem: & quis sermo ueritatē non in specie & fuco, sed in esse & ratione possideat, diiudicat, in ipso oīs ars malitiæ & mendaciorum superatur, neq; argumentationes, neq; syllogismi, neq; ullæ sophismatum uersutiæ cōtra ipsum stare possunt. Qui illi non acqescit uel ab illo dissentit, is (ut inqt Paulus) supbus est, & nihil sciens. Igitur ad ipsum uerbū dei oportet nos oēs scientiarū disciplinas & opiniones, tanq̄ ad lydium lapidem aurum examinare, atq; in omnibus eo ceu ad solydissimam petram confugere, atq; ex eo solo oīm rerum ueritatē uenari ac de oībus disciplinis, de om̄ium opinionibus & commentis, iudicare. Quodcunq; em̄, ut ait Gregorius, ab eo autoritatē non habet, eadem facilitate contemnit̄ qua pbatur: huius autem uerbi scientiā nulla schola philosophorū, nec q̄rumcunq; scholasticorum gymnasia nobis tradidere, sed solus deus atq; Iesus Christus p spiritum sanctū in illis scripturis q̄ canonicę uocantur, qbus iuxta diuinum p̄ceptum nihil addere licet nihilq́; detrahere. Quisquis em̄, etiam si angelus de cœlo, id egerit, anathema est, & à lege dn̄i maledictus est. Huius scripturę tanta maiestas est, tanta energia, ut nulla externa commentaria, nullas humanas nec angelicas glossas patiat̄: nec tanq̄ cerea ad humanorum ingeniorum placita se flecti permittat, nec more humanarum fabularum in uarios sensus se tanq̄ Proteus aliquis poeticus trāsformari aut trāsfundi patiatur, sed sibi ipsi sufficiens, se ipsum exponit & interpretat̄: & omnes iudicās, à nullo iudicat̄.

Maior em̄ est eius autoritas, ut ait August. q̄ omnis humani ingenij pſpicacitas, unum em̄ constantē simplicem & sanctū sensum habet, q̄ solo constat ueritas, q̊ solo pugnatur & uincitur. Cæteri uero extra hūc sensus morales, mystici, cosmologici, typici, anagogici, tropologici, & allegorici, qbus pleriq; illam uarijs ac peregrinis coloribus depingunt, docere qdem nos & persuadere ad plebis ędificationē recte & uere aliqua possunt, uerū ad autoritatē uerbi dei cōfirmandam, ꝓbare aliquid uel impugnare siue reprobare nō possunt. Nā adducat qs in certamē hp tumaliquē sensuū, citet etiā eius quātumcunq; grauem autorem citet interpretē, citet glossam, citet expositionem quorumlibet sanctorum patrum, nō ita nos astringunt, quin liceat reluctari. Ex litera autē scripturę, ex illius ductu & ordine uincula nectunt, q̄ nemo prę rumpere, nemo euadere potest, quin oēs argumentationum machinas elidēs ac dissipās, dicere ac fateri compellat, quin digitus dei ē, quin nunq̄ sic locutus est homo, qn non ut scribę & pharisęi loquūt, sed ut potestatem habēs. Eius uero autores diuinitus inspirati, canonē nobis saluberrima autoritate fecerunt, cuius ea magnificentia est, ut cūcta ei credamus oportet, & quicquid ꝓnunciauerit & docuerit, hoc absq; ulla retractatione firmū & sanctum teneat. Sicut de hoc loquutus est August. se solum eis libris, q canonici appellantur, hunc honorē deferre, ut nullum scriptorꝶ eorum errasse firmissime credat. Cęteris autem quātalibet doctrina sanctitateq; polleant, se nolle credere, nisi euidenti ratione ex diuinis literis, quod à uero non abhorreat ꝑsuadeant. At

thas nos relegat Chrs, docens ut scrutemur scripturas. Ex illis iubet nos Apostolus oia pbare, ut teneamus quæ bona sunt, atq; probare spus, utrum ex deo sint, ac in illis potentē esse de omibus rationē reddere, & contradicentes redarguere, ut sic spirituales effecti, oia dijudicemus, à nullo dijudicemur. Harum aūt scripturarum (dico canonicarum) ueritas & intelligentia à sola dei reuelātis autoritate dependet, quæ non ullo sensuum iudicio, nulla ratione discurrente, nullo syllogismo demonstrante, nulla sciētia, nulla speculatione, nulla contēplatione, nullis deniq; humanis uiribus cōprehendi potest, nisi sola fide in Iesum Chrm, à deo patre p spiritum sanctum in animā nrām transfusa. Quę tanto qdem supior est atq; stabilior omni humanarum scientiarum credulitate, quanto deus ipse hoībus est sublimior & ueracior: sed quid ueracior? Immo solus deus uerax, omis homo mendax, ome igitur quod ex hac ueritate nō est, error est, sicut qd ex fide non est, peccatum est. Deus eñ solus fontem ueritatis continet, à quo haurire necesse est, qui uera dogmata cupit, cum nulla sit nec haberi possit, de secretis naturæ, de substantijs separatis, deq; ipsorum autore deo sciētia, nisi diuinitus reuelata. diuina eñ humanis uiribus non tanguntur, & naturalia quouis momento sensum effugiūt: quo fit, ut quam nos de his sciētiam putamus, is error sit & falsitas, quod ita Isaias improperat Chaldæorū philosophis & sapientibus, ad eos dicens: Sapientia tua & scientia tua ea ipsa decepit te, defecesti in multitudine adinuentionum tuarum. Cauet summa uigilantia grammaticus, ne qd peccet in sermone, incul-

tumq́ ac barbarum uerbum pferat, uitæ autem sordes atq peccata interim contemnit, similiter & poeta mauult uita claudicare, q̃ carmine. & historicus regum & populorum gesta temporumq́ series literis & memoriæ mandat, pprię uitę nullam tenet rationē: & si teneat, nolit, pudetue confiteri. Rhetor plus horret orationis inelegantiã quã uitæ deformitatē. Dialecticus mauult manifestã ueritatem abnegare, quã ab aduersario unam syllogistica cõclusiuncula discedere. Arithmetici & Geometræ om̃ia numerãt & metiuntur, animæ aũt & uitæ numeros mensurasq́ negligunt. Musici quoq sonos atq cãtus tractant contemptis moribꝰ animiq́ dissonantijs, cuiusmodi Diogenes Sinopeus citabat, qui lyræ chordas ad harmoniã congrue aptitarent, animi aũt mores incõcinnos & incompositos habuissent. Lustrãt cœlos & sydera astrologi, & quid uenturum sit in mundo, prædiuinantur alij: quæ aũt sibiipsis quotidie psentia imminent, non attendunt. Cosmimetræ notitiam dant terrarũ, formas montium, cursus fluminũ, limites puinciarum, cæterum neq meliorem hoiem faciũt, neq saniorem. Philosophi rerum causas & principia magna iactantia inuestigant, ipsum autem deum oĩm creatorem negligunt & ignorant. Inter principes & magistratꝰ nulla est pax, & alter in alterius exitium ducitur leui compendio. Curant ægrotorum corpora medici, & proprias negligũt animas. Iuristę humanarum legum obseruantissimi, diuina præcepta transgrediuntur: quocirca prouerbio cessit. Nec medicum bene uiuere, nec iuristam bene mori, q medici genus hominum sit intemperatis-

ſimum, iuriſtæ aũt omniũ q uiuunt nequiſſimi, atq; continuo uidemus, & unus illorum non infimę famæ Baldus iuris interpres teſtat, ſubitanea morte frequẽter extinguunt. Theologi aũt dei mandata ſacraq; dogmata nobis clamãdo pdicant, uiuendo aũt longe deſtituunt, malumq; dei cognitores uideri q̃ eſſe amatores. Nunc igitur q cętera nouit, oĩa recte loq & ſcribere, carminisq; uires, ſeculorum uices, argumentãdi rõnes, orationisq; ornatus, rhetoricosq; colores & multarum rerum memoriã teneat, numerorum pportiones atq; ſortes, uocum oĩm harmoniã ſaltationumq; modos, quãtitatem oĩm menſuras radiorum om̃ium inflexus atq; reflexus, terrę marisq; ſitus, ac magnitudines ędificiorum omniũ, machinarũq; uarias ſtructuras, bellorum certamina, aruorum cultus, animalium capturas, paſtiones & ſagimina, & omnem ſpeciem ruſticationis, om̃em mechanicarũ artium & opificum induſtriã, picturam, ſtatuariã, fuſoriam, fabrilem, inſtitoriã & nauigatoriã, aſtrorum curſus, atq; in hęc inferiora influxus, fatorumq; ingenioſas pdictiones, & quæcunq; futurorum occultorumq; diuinacula, & inexpugnabilia magicarum artium portenta, & plus q̃ magica, cabaliſtica arcana, rerumq; om̃ium naturalium cauſas, trãſcendentiumq; altiſſimas ſedes & naturas, morum cẽſuras, reipublicæ uarias adminiſtrationes, domeſticasq; diſciplinas, remedia morborũ, medicaminũ uires, illorumq; agnitionem & mixtiones, obſoniorumq; lautiſſimos apparatus, uertere rerum ſpecies, & ex omnibus elicere mundi ſpm̃. Sciat etiam utraq; iura aduocationumq; forẽſes tragœdias, & ſanctorum pa

ſtrum pias de diuinis traditiões,is inquam q hæc & ſi q̃ reliqua ſunt oïa norit,tñ nihil ſcit,ni ſi ſciat uoluntatẽ uerbi dei,& fecerit illam:q omnia didicit,& hoc non didicit,fruſtra didicit,fruſtra ſcit oĩa. In diuino uerbo uia, in illo norma eſt, in illo meta eſt, quo tendere oportet,q nolit errare,& ueritatem attingere.oẽs reliquæ ſcientię tempori & obliuioni ſubiectæ ſunt,quin nõ ſolum hę ſcientię &artes,ſed &hę literę & characteres & linguæ,qbus utimur, peribunt,& reſurgent aliæ & fortaſſe iam ſępiꝰ extinctæ fuerunt,&ſæpius iterũ reſurrexerunt. Neq; ipſa orthographiæ ratio ſemp eadem fuit,nec ſimilis apud oẽs uel eodem ſeculo,& latinæ linguæ genuina ꝓnunciatio hodie nuſquam eſt,priſci Hebręorum characteres perierunt,& nõ eſt eorum memoria, ſed q̃s nouos adinuenit Eſdras,&lingua eorũ à Chaldæis corrupta, quod oĩbus fere linguis contigit, ut nulla hodie ſit q̃ ſuam antiqtatem agnoſcat uel intelligat, ſubnaſcentibus uiciſſim nouis uocabulis,deiectisq; ueteribus, illisq; porro rurſum reſtitutis: adeo nihil ſtabile,nihil diuturnum. Deniq; Terentiana ſententia eſt,nihil eſſe iam dictum, quod nõ ſit dictum prius,ita forte nec factum,quod non ſit factũ prius,quin & bombardam cuius recens Germanonorum inuentum putant fere omnes:nonnulli(inter quos eſt Volaterranus) priſco æuo uſitatam fuiſſe, uel ex Vergilij uerſiculis conuincere uolunt.

Sine uerbo dei omnia ſcire,eſt nihil ſcire.

Linguæ omnes corruptæ.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi,
Quatuor hic inuectus equis,& lampada quaſſans
Per Graium populos,mediæq; per Elidis urbem

Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honorem
Demens, qui nymbos & non mutabile fulmen
Aere & quadrupedem cursu simularet equorum.

Nonne de hoc loquutus est Ecclesiasticus, inqens, Quid est quod fuit, ipsum qđ factum est? Quid est quod factum est? Ipsum quod faciẽdum est? Nihil sub sole nouum, nec ualet quisq̃ dicere. Ecce hoc recens est, iam em̃ præcessit in seculis, quę fuerunt ante nos. Non est priorum memoria, sed nec eorũ quidem quę postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Et paulo inferius ait: Moritur doctus simul & indoctus, quid ergo hic dicemus? nisi quia om̃es scientię & artes obliuioni & morti subijciuntur, nec perpetuo manebũt in anima, sed una cnm morte trãsibunt in mortẽ, dicente Christo. Quia om̃is plantatio quam non plantatio quam non plantauit pater cœlestis, eradicabitur, & in ignem æternum mittetur, tantum abest ut scientia conducat immortalitati, solum autem uerbum dei manet inæternũ. Cuius q̃dem cognitio nobis tam necessaria est, ut q̃ contẽpserit, q̃ neglexerit, qui nõ audierit (teste ipsomet uerbo in scripturis sacris) inducet super illum deus maledictionem, & perditionem, & iudicium æternum. Nõ est ergo, ut putetis ipsum ad solos theologos pertinere, sed ad omnem hominem, omnes ad eius cognitionem pro data sibi capacitatis gratia obligari, & ab illo ne ad festucam discedendum. Hinc in ueteri lege præcipitur. Erunt uerba hæc in corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ, & narrabis & mandabis ea filijs tuis & nepotibus custodire & facere ea, meditaberis ea sedẽs in domo tua, & am

bulans in itinere, dormiens ac cõsurgens, & ligabis ea tanꝙ signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & ostijs domus tuæ. Sic Iosuæ legit omnia uerba & cuncta q̃ scripta fuerant in legis uolumine coram omni multitudine, mulieribus, & paruulis, & aduenis. Et Esdras attulit librum legis coram om̃i multitudine uirorum & mulierũ, cunctisq; qui poterant intelligere, & legit in eo aperte in platea: Et Chr̃s iubet euãgelium suum p̃dicari om̃i creaturæ, ꝑ uniuersum orbem terrarum, idq; nõ in tenebris, non in aurẽ, non clãcularie, nõ in cubiculis, non ad aliq̃s segregatos magistros & scribas: sed palã in lumine, suꝑ tecta, ad populũ, ad turbas. Sic em̃ ait ad apostolos: Quod uobis dico omnibus dico, q̃d dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & q̃d in aurem auditis, p̃dicate super tecta. Et Petrus in Actib, ait: Præcepit nobis p̃dicare populo. Et Paulus iubet educari pueros in institutione & admonitiõe Christi, q̃n ipse Chr̃s increpauit discipulos, ꝓhibẽtes paruulos ad illum accedere, q̃rum simplicitatem & humilitatẽ, ut nullis prauis opinionibus p̃uentum, nec ullis humanis scientijs inflatũ habentes aĩm, diuinorũ uerborũ auditori adeo necessariã esse docet, ut nisi quis sicut paruulus effectus, omnino ineptus sit regno dei. Hinc Chrysostomus in quadã homilia uult pueros pręcipue diuinis literis occupari debere, quin etiam domi atq; priuatim uiros cum uxoribus & liberis inuicem de sacris literis disputare, ac ultro citroq; & ferre & inquirere sententiam. Et Nicęna synodus decretis suis cauit, ne quis e numero Christianorum sacris Biblio-

rum libris careret: Scitote ergo nunc nihil esse in sacris literis tam arduum, tam ꝓfundum, tam difficile, tam absconditũ, tam sanctum, quod ad oẽs Chri fideles non pertineat: q̃n tota ipsa theologia omnibus fidelibus cõmunis esse debet, unicuiq; autem secundum capacitatem & mensurã donationis spiritꝰ sancti. Boni itaq; doctoris est unicuiq; secundum id quod confert quantum capere potest distribuere, illi quidem in lacte, alteri autem in solido cibo, neminem necessariç ueritatis pastu defraudare.

De scientiarum magistris. Caput CI.

TAndem ut me aliquando recolligam, audistis ex his quæ ab initio hucusq; dicta sunt, nihil aliud esse scientias & artes, q̃ hominum traditiones, à nobis bona in illos credulitate receptas, easq; oẽs constare, non nisi ex rebus dubijs & opinionibus, ꝑ appatentes demonstrationes: esseq; omnes non tam incertas q̃ fallaces, q̃ simul etiam impias: Quocirca credere omnino impium est illas posse nobis aliquã diuinitatis adferre beatitudinem, gentium hæc olim superstitio erat, qui rerum inuentores, & quos scientia uel arte aliqua præstare reliquis intuebantur, eos diuinis honoribus uenerabantur, atque in deorum suorum referebant numerum, templa, aras & simulachra illis dedicantes, & sub uarijs imaginibus illos colentes. Quemadmodum Vulcanus apud Aegyptios, cum esset primus philosophus, & naturæ principia in ignem referret, ipse deinceps pro igne cultus est: & Aesculapius (ut ait Celsus) quia rudem adhuc medicinam paulo subtilius exercuisset, in deorum numerũ ob id receptus est: Atq; hæc est illa

nec ulla alia ſcientiarum deificatio, quam antiquus ille ſerpens huiuſmodi deorum artifex primis parẽtibus pollicebatur, inquiens: Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. In hoc ergo ſerpente glorietur, q̃ gloriatur in ſcientia. Nemo ſiquidem, poſſidere poterit ſcientiam niſi fauore ſerpentis, cuius dogmata non niſi præſtigia ſunt, & finis ſemper malus eſt, ut etiam apud uulgus in prouerbium ceſſerit: Omnes ſcientes inſanire, cui adſtipulatur etiam Ariſtoteles dicens: Nullam magnam eſſe ſcientiam abſq; mixtura dementiæ. Ipſeq; Auguſtinus teſtatur multos ſciendi deſiderio amiſiſſe ſenſum. nulla res Chriſtianę religioni atq; fidei tã repugnat q̃ ſcientia, minusq; ſeinuicem compatiuntur: Scimus eñ ex eccleſiaſticis hiſtorijs, etiam experiẽtia ipſa edocti, quomodo inualeſcente fide Chriſti ceciderint ſcientiæ, ita quod maxima & potior earum pars penitus perierit, nam magicæ illæ potentiſſimæ artes ſic abierunt, ut ne ueſtigia ſuperſint, e tot philoſophorum ſectis uix una reſtitit Peripatetica, nec ea quidem integra. Neque uero unq̃ melius habuit ſecuriusq; quieuit eccleſia, q̃ dum ſcientiæ illæ omnes in arctum deductæ erant, cum grammatica nõ eſſet niſi apud unum Alexandrum gallum, dialecticæ præeſſet Petrus Hiſpanus, rhetoricæ ſufficeret Laurentius Aquilegius, hiſtorijs faſciculus temporum ſatisfaceret, pro mathematicis diſciplinis computus eccleſiaſticus, reliquis omnibus unus ſatis eſſet Iſidorus. Nunc uero ubi linguarum peritia, dicendi ornatus, & autorum numerus reuiuiſcunt, inualeſcuntq; ſcientiæ, turbatur eccleſiæ tranquillitas, & nouæ inſurgunt hæreſes. Ne

que uero est ullum hominũ genus suscipiendæ Christianæ doctrinæ minus idoneum, q̃ qui scientiarum opinionibus mentẽ iam imbibitam habent: Hi enim tam pertinaces & obstinati in suis opiniõibus sunt, ut spiritui sancto nullũ locum relinquãt, ac ꝓpriis uiribus, proprioq; ingenio sic innituntur atq; confidunt, ut nulli ueritati cedant nec admittãt, nisi quam syllogisticis rationibus possunt ostendere: q̃ autem ꝓpriis uiribus & industria inuestigare aut intelligere nequeunt, rident atq; aspernantur. Ideoq; Chr̃s abscondit hanc à sapientibus & prudentibus, & reuelat eam paruulis, q uidelicet sunt pauperes spũ, nullos scientiarũ thesauros possidentes, qui sunt mundi corde, nullis scientiarũ opinionibus ingnati, qui sunt pacifici, nõ sectatores, nõ cõtẽtiosi, nec rixosis syllogismis ueritatẽ expugnantes, qui ꝑsecutionem patiuntur propter ueritatẽ & iustitiam. Sic Athenis olim Socrates ueneno sublatus, Anaxagoras ultimo supplicio adiudicatus. Diagoras capitis libello accusatus, sed ille instantẽ necem celeri fuga euasit. Inter Hebræorum etiam ꝓphetas, Esaias in partes dissectus, Hieremias lapidibus obrutus, Ezechias cæsus: Daniel ad bestias damnatus: Amos fuste occisus, Micheas in p̃cipitium datus, Zacharias apud aram trucidatus, Helias à Iezabele persecutus, q̃ & ipsa plurimos occidit ꝓphetas: Quin & sanctus ille patriarcha Abrahã in Chaldaicam fornacem ꝓiectus: Sic & Christi apostoli & discipuli infinitiq; martyres diuinitatis Christi testes multiplicibus tormentis occisi sunt. Omnes autem isti non alia ex caussa, quam q̃ isti sanctius de deo sentirent, q̃ isti mũdi sa

pientes: Ecce qui sic in paupertate spūs, puritate cor dis, & pace conscientię paruuli & humiles sunt, parati etiā sanguinem ꝓ ueritate effundere, hi inquam sunt, q̄bus solis datur illa uera & deificans sapientia. q̄ nos in deorū beatorum choros refert, ac in similes beatos deos transformat. Sicut hæc nos clare docet Chr̄s, inquiens, Beati pauperes spiritu, q̄m eorum est regnū dei, Beati mundo corde, q̄m ipsi deum uidebunt, Beati pacifici, q̄m filij dei uocabunt. Beati qui ꝑsecutionem patiuntur ꝓpter iustitiam, q̄m ipsorū est regnum cœlorū: Melius est ergo & utilius idiotas & nihil omino scientes existere, & per fidem & charitatem credere, & proximum fieri deo, q̄ per subtilitates scientiarum elatos & superbientes cadere in possessionem serpentis. Sic legimus in euangelijs, q̄uo Christus ab idiotis, à rudi plebecula, & simplici populorum turba susceptus est, qui à principibus sacerdotū, à legisperitis, à magistris & rabinis respuebatur, contēnebatur, & ad mortem usq; persecutus est: hinc & Christus ipse apostolos suos non rabinos, non scribas, non magistros, nec sacerdotes elegit, sed e rudi uulgo idiotas omnis literaturæ pene expertes, inscios, & asinos.

Ad encomium asini digressio. Cap. CII.

SEd ne q̄s me calūniet, q̄ apostolos uocarim asinos, ipsius asini mysteria paululū quidē, sed nō extra ꝓpositū digredietes, paucis explicabim hunc em̄ Hebrǽorū doctores fortitudinis ac roboris excelli, patientiæq; & clementiæ symbolū esse exponūt, eiusq; influxum à sephiroth quod hochma hoc est, sapientia dicitur, dependere. Eius nanque

conditiones sapientiæ discipulo necessarię maxime sunt, uiuit eñ exiguo pabulo, eoq; qualicunq; cõtentus, tolerantissimus penurię, famis, laboris, plagarum, negligentiæ, omnisq; persecutionis patientissimus, simplicissimi ac pauperrimi spiritus, ut ne inter lactucas & carduos discernere sciat, corde innocenti ac mundo, ac bili carens, cũ oĩbus animantibus pacem habẽs, oĩbusq; oneribus patient̃ dorsum supponens, in q̃rum remunerationẽ caret pediculis, raro morbis efficit̃, tardiusq; q̃ ullum armentum deficit. Plurima, inq̃t Columella, asini & necessaria opa supra portionẽ rñdent, cum & facilẽ terrã aratro proscindat, & non minima põdere uehicula trahit. Iam uero molaæ & conficiendi frumenti pene solennis ẽ huius pecoris labor, oẽ rus tam necessariũ instrumẽtum desiderat asellum, q pleraq; utensilia, & uehere in urbem, & reportare collo uel dorso cõmode potest. In augurio etiam q̃ salutaris nuntius sit asinus, testat̃ Valerius de C. Mario, q olim Austri & Aquilonis dormitor, tandẽ patriæ hostis declaratus, & à Sylla psecutus, cõsultore ac duce asino Syllę minas euasit, asinũ autorẽ fugæ & salutis habuit. Iamq; etiam in uetere lege sic asinũ deus ipse honorauit, ut cũ iuberet om̃e primogenitũ occidi in sacrificiũ, solis asinis cum hoĩbus pepcit, uidelicet pmittens hoĩem ptio redimi, & p asino ouem cõmutari: hunc (q̃ constãs fama est) Chr̃s suæ natiuitatis testẽ esse uoluit, in hoc à manibus Herodis saluari uoluit, atq; ipse asinus etiã contactu corporis Chr̃i consecratus est, crucisq; signaculo insignitus: nam Chr̃s ipse p redemptione humani gñis triũphaturus ascendẽs in Hieru-

salem, testibus euãgelistis, hunc uectorẽ conscendit, sicut id magno mysterio ꝑ Zachariæ oraculum ṗdi ctum fuit: & ipse electorũ pater Abraã asinis tm̃ cq tasse legit, ut nõ inane sit illud apud uulgus uetus ꝓ uerbium q̊ dicit: Asinum portare mysteria. q̊ nunc ergo uos egregios illos scientiaꝝ ꝓfessores, quinimo Cumanos asinos admonitos uolo, q̊d nisi humanarũ scientiarũ depositis sarcinis, ac leonina illa (nõ qui dẽ à leone illo de tribu Iuda, sed ab illo q circuit rugiens & q̃rens quem deuoret) mutuata pelle exuta, in nudos & puros asinos redieritis, esse uos portãdis diuinæ sapiẽtiæ mysterijs omnino penitusq́ inutiles: neq; uero Apulęus ille Megarẽsis ad Isidis sacra mysteria unq̃ admissus fuisset, ni prius e philoso pho uersus fuisset in asinũ. Legimus diuersorũ aĩantium miracula, elephantẽ græcos pinxisse characteres, eundẽ etiã Aristophani grãmatico riualem Stephano polidem puellã adamasse tradit Plutarchus, qn & draconẽ adamasse puellã Aetholidẽ apud eundem autorẽ legimus, eundem etiã suum seruasse nutritũ, & ad agnitã uocẽ accurrisse à multis creditum est. Et apud Pliniũ legimus, aspidẽ ad mensam cuiusdam q̃tidie uenire solitã, cum sensisset ab uno catulorum suorũ hospitis filiũ interemptũ, inuiolati hospitij pœnã necem intulisse catulo, nec post ea ṗ pudore in tectũ id reuersam. Recẽset idem pantherã ob eductos a fouea catulos retulisse hoi grãs, & extra solitudines eductũ in uiam publicã restituisse. Iam uero & Cyrũ à cane, & Romanę urbis cõditores à lupa nutricos cũ essent expositi, celebratũ est. Transeo delphinorũ miracula, & leonũ agnita bñficia relatasq;

gratias. Taceo ursam Dauniã ac bouẽ Tarentinum à Pythagora mansuefactos, horumq́ꝫ similia ꝑmulta: sed q̄ oim ꝓdigiorum uincit admirationẽ, Ammonius Alexandrinus summus suo tpe philosophus diui Originis & Porphyrij p̄ceptor, asinum sapientiæ auditorẽ illis cōdiscipulum habuisse legit̃: quin etiã ex sacra biblioꝝ historia scimus asinum aliqñ ꝓphetico spũ donatum: nam cum Balaã uir sciens et ꝓpheta exiret, ut malediceret populo Israel, angelũ dñi nō uidit, uidit aũt asinus, & humana uoce ad sessorẽ Balaam locutus est: Sic inq̃ sępissime uidet simplex & rudis idiota, q̃ uidere nō potest deprauatus humanis scientijs scholasticus doctor. Nōne Sampson in maxilla asini, in mandibula pulli asinaꝝ, ꝑcussit & deleuit uiros Philistiorum? sitiensq́ꝫ orauit dñm, quia aꝑuit molarem dentẽ in maxilla asini, & egressæ sunt aquæ uiuæ, quibus haustis refocillati sunt spũs & uires eius? Nonne Christus in bucca asinorum suoꝝ simplicium & rudium idiotaꝝ apostolorum & discipulorũ suoꝝ uicit & ꝑcussit oẽs philosophos gentiũ & legisꝑitos Iudæorum, oẽmq́ꝫ humanã sapientiam ꝓstrauit atq́ꝫ cōfecit? ꝓpinans nobis ex illoꝝ suorum asinoꝝ maxilla aquas uitæ & sapientiæ æternæ. Iam uero in Ecclesiasticis historijs & sc̃tōrum gestis uaria & multa legimus illorum p̄cibus in diuersa aĩalia collata diuino munere bñficia: uerum nullum unq̃ animal a mortuis suscitatum legimus, p̄ter asinum illum quem B. Germanus Britonum episcopus in uitã reuocauit, q̃ insigni miraculo oñ sum uidet̃, asinum ipsum etiã post hanc uitam participare immortalitati. Ex ijs igit̃ q̃ iam di-

ęta sunt sole clarius liquet, nullū animal tam esse diuinitatis capax q̃ asinū, in quē nisi uersi fueritis, diuina mysteria portare nō poteritis. Propriū id olim apud Romanos Christianorum nomen erat, ut uocarētur asinarij, ipsam'q; Christi imaginē asininis auribus pingere solebant: testis horum est Tertullianus, q̊ circa iam nō indignentur nec sibi opprobrio reputēt nostri pōtifices & abbates, si apud istos scientiarum gigāteos elephantes asini sint atq; uocentur, nec mireť Christianum uulgus si apud istos ecclesiarū p̃fectos & sacrorum nostrorum mystas, q̊ quisq; doctior est, tanto inter reliq̃s fiat paucioris, nō eñ faciunt ad asinorum aures lucuniarum cantus & moduli, atq; nec asinorum insuauē et minime musicum ruditum ad lyram consonare in prouerbio est, atq; tñ ex asinorum ossibus exempta medulla oīm optime fiunt tibiæ, q̃ spiritu inflatæ, sicut omnium auium eloquentissimā canoritatē, ac cuiusq; lyræ aut cytharæ elegantissimos sonos lōgissime superant atq; uincunt, ita religiosi isti idiotæ suo asinino clangore oēs loquacissimos sophistas superant atq; præcellunt Sic legimus nonnullos gentilium philosophos ad Antonium uisendum uenisse disserendi gratia, et breui sermone abs eo captos, cum rubore et uerecundia abscessisse. Legimus etiam simplicem et idiotam hominem quēdam in literis exercitatissimum ac uersutissimum hęreticum paucis uerbis deuicisse, ac reduxisse ad fidem, quem doctissimi uiri et episcopi, qui ad Nicenum concilium conuenerant, diuturna et anxia admodum disputatione non poterant superare. Interrogatus aūt postea ab amicis, quomodo idiotæ ces/

gratias. Taceo ursam Dauniã ac bouẽ Tarentinum à Pythagora mansuefactos, horumq̃ similia ꝑmulta: sed quod oĩm ꝓdigiorum uincit admirationẽ, Ammonius Alexandrinus summus suo tp̃e philosophus diui Originis & Porphyrij p̃ceptor, asinum sapientiæ auditorẽ illis cõdiscipulum habuisse legit̃: quin etiã ex sacra biblioꝝ historia scimus asinum aliquñ ꝓphetico spũ donatum: nam cum Balaã uir sciens et ꝓpheta exiret, ut malediceret populo Israel, angelũ dñi nõ uidit, uidit aũt asinus, & humana uoce ad sessorẽ Balaam locutus est: Sic inq̃ sæpissime uidet simplex & rudis idiota, q̃ uidere nõ potest deprauatus humanis scientijs scholasticus doctor. Nõne Sampson in maxilla asini, in mandibula pulli asinaæ, ꝑcussit & deleuit uiros Philistiorum? sitiensq̃ orauit dñm, quia ap̃uit molarem dentẽ in maxilla asini, & egressæ sunt aquæ uiuæ, quibus haustis refocillati sunt spũs & uires eius? Nonne Christus in bucca asinorum suoꝝ simplicium & rudium idiotaꝝ apostolorum & discipulorũ suoꝝ uicit & ꝑcussit oẽs philosophos gentiũ & legisꝑitos Iudæorum, oẽmq̃ humanã sapientiam ꝓstrauit atq̃ cõfecit? ꝓpinans nobis ex illoꝝ suorum asinoꝝ maxilla aquas uitæ & sapientiæ æternæ. Iam uero in Ecclesiasticis historijs & sc̃tõrum gestis uaria & multa legimus illorum p̃cibus in diuersa aĩalia collata diuino munere bñficia: uerum nullum unq̃ animal a mortuis suscitatum legimus, p̃ter asinum illum quem B. Germanus Britonum episcopus in uitã reuocauit, q̃ insigni miraculo oñsum uidet̃, asinum ipsum etiã post hanc uitam participare immortalitati. Ex ijs igit̃ q̃ iam di-

Cta sunt sole clarius liquet, nullũ animal tam esse diuinitatis capax q̃ asinũ, in quẽ nisi uersi fueritis, diuina mysteria portare nõ poteritis. Propriũ id olim apud Romanos Christianorũ nomen erat, ut uocarẽtur asinarij, ipsamq́ Christi imaginẽ asininis auribus pingere solebant: testis horũ est Tertullianus, q̊ circa iam nõ indignent̃ nec sibi op͂probrio reputẽt nostri põtifices & abbates, si apud istos scientiarũ gigãteos elephantes asini sint atq; uocent̃, nec mirẽt Christianum uulgus si apud istos ecclesiarũ p̃fectos & sacrorum nostrorũ mystas, q̊ quisq; doctior est, tanto inter reliq̃s fiat paucioris, nõ eñ faciunt ad asinorum aures lucuniarum cantus & moduli, atq; nec asinorum insuauẽ et minime musicum ruditum ad lyram consonare in p̃uerbio est, atq; tñ ex asinorum ossibus exempta medulla oĩm optime fiunt tibiæ, q̃ spiritu inflatæ, sicut om̃ium auium eloquentissimã canoritatẽ, ac cuiusq; lyræ aut cytharæ elegantissimos sonos lõgissime superant atq; uincunt, ita religiosi isti idiotæ suo asinino clangore oẽs loquacissimos sophistas superant atq; præcellunt Sic legim9 nonnullos gentilium philosophos ad Antonium uisendum uenisse disserendi gratia, et breui sermone abs eo captos, cum rubore et uerecundia abscessisse. Legimus etiam simplicem et idiotam hominem quẽdam in literis exercitatissimum ac uersutissimum hęreticum paucis uerbis deuicisse, ac reduxisse ad fidem, quem doctissimi uiri et episcopi, qui ad Nicenum concilium conuenerant, diuturna et anxia admodum disputatione non poterant superare. Interrogatus aũt postea ab amicis, quomodo idiotæ ces-

sisset, qui tantis restitisset doctissimis episcopis, respondit se episcopis facile pro uerbis uerba dedisse, huic autem idiotæ qui non ex humana sapientia, sed ex spiritu loquebatur, resistere nequiuisse.

OPERIS PERORATIO.

Vos igitur nunc o asini, qui iam cum uestris filijs subiugalibus iussióe Christi per eius apostolos ueræ sapientiæ nuncios prelectores'que in sancto eius euãgelio soluti estis à caligine carnis & sanguinis, si diuinã hanc & uerã, nõ ligni scientiæ boni & mali, sed ligni uitę sapientiam asseq. cupitis, proiectis humanis scientijs, omni'que carnis & sanguinis indagine atque discursu, qualescunque illę sint, siue in sermonũ rõnibus, siue in causarum perscrutatiõibus, siue in opum & effectuũ meditationibus uagentur, iam nõ in scholis philosophorum & gymnasijs sophistarũ, sed ingressi in uosmetipsos cognoscetis oĩa: cõcreata est enim uobis oĩm rerum notio quod (ut fatentur Academici) ita sacrę literę attestantur, quia creauit deus oĩa ualde bona, in optimo uidelicet gradu in quo consistere possent: is igitur sicut creauit arbores plenas fructibus, sic & animas ceu rõnales arbores creauit plenas formis & cognitionibus, sed per pctm̃ primi parẽtis uelata sunt oĩa, intrauit'que obliuio mater ignorãtiæ. Amouete ergo nunc qui potestis uelamen intellectus uestri, qui ignorantię tenebris ĩnuoluti estis. Euomite lethæũ poculum, qui uosmetipsos obliuione inebriastis, euigilate ad uerum lumen, qui irrationabili somno demulcti estis, & mox reuelata facie trãscendetis de claritate in claritatem: uncti enim estis à sancto (ut ait Iohãnes) & nostis oĩa, & item; non necesse habetis ut aliquis uos doceat, quia

unctio eius docet uos de omnibus: Ipse enim solus est qui dat os & sapientiam. Dauid, Esaias, Ezechiel, Hieremias, Daniel, Iohannes Baptista, multique ceteri prophetę & apostoli literas non didicere, sed ex pastoribus rusticis, & idiotis effecti sunt rerum omnium doctissimi. Salomon in unius noctis somnio omnium superiorum & inferiorum sapientia repletus est, simulatque rerum gerendarum prudentia, adeo ut nullus ei par extiterit. Et omnes hi homines fuerunt mortales, sicut & uos estis, quin & peccatores. Dicetis forsan paucissimis admodum hæc cōtigisse. Et pauci quos æquus amauit Iuppiter: aut ardens euexit ad æthera uirtus, Dijs geniti potuere. Sed nolite desperare, non est abbreuiata manus dn̄i omnibus inuocantibus eum, qui illi fidele præstant obsequium. Antonius & barbarus ille seruus Christianus triduanis precibus plenariam diuinorum notitiam (quod testatur Aug.) consecuti sunt. Qui autem nō potestis cum prophetis & apostolis & sanctis illis uiris claro & reuelato intellectu ea intueri, procuretis intellectum ab his qui uero intuitu ea cōspexerunt: hæc uia quęrenda superest (sicut ait Hieron. ad Ruffinum) ut quod prophetis & apostolis spiritus suggessit, uobis studio literarum quęrendum sit, earum inquam literarum, quę diuinis oraculis traditæ & ab ecclesia unanimi consensu receptæ sunt, nō quę humanis ingenijs excogitatę sunt, quia hę nō illustrant intellectum, sed obtenebrescere faciunt. Igitur ad Moysen, ad prophetas, ad Salomonem, ad euangelistas, ad apostolos recurrendum est, qui omnimoda doctrina, sapiētia, moribus, linguis, uaticinijs, oraculis, prodigijs, & sanctitate coruscantes, de diuinis ex ipso, de inferioribus autem supra ho-

mines locuti sunt, omia dei & naturæ secreta nobis clara luce tradiderunt. Omia em dei & naturę secreta, omis mo[rum] & legum ratio, omis pteritorum psentium & futurorum notitia in ipsis sacris bibliorum eloquijs tradunt. Quo ergo pcipites ruitis uos, qui qritis scientiam ab illis q ipsi in inqrendo oem ętatem suā cōsumpserunt, & tempus & industriā pdiderunt, nec ullam ueritatē inuenire potuerūt? O stulti & impij q post habentes dona spūssancti, laboratis ut à pfidis philosophis & erro[rum] magistris discatis ea q̄ à Chr̄o & spūsancto suscipere deberetis. An putabitis nos posse ex Socratis ignorantia haurire scientiam, ex Anaxagore tenebris lucē, ex Democriti puteo uirtutem, ex Empedoclis insania prudentiam, ex Diogenis dolio pietatem, ex Carneadis & Archesilai stupore sensum, ex impio Aristotele & perfido Auerroe sapientiam, ex Platonico[rum] sup stitione fidē? erratis admodum ualde, & decipiemini ab his q fuerunt decepti. Sed reuocate uosmetipsos qui ueritatis cupidi estis, discedite ab humana[rum] traditionum nebulis, adsciscite uerum lumen; Vox ecce de cœlo, uox desursum docens, & sole clarius ondens, qd uobis iniqui estis, & sapientiam suscipere cunctamini? Audite oraculū Baruch. Deus inqt est, & non existimabit alius ad illum, hic adinuenit oēm uiā disciplinæ, & tradidit eam Iacob puero suo & Israeli dilecto suo, dans legē & pcepta, atq; ordinās sacrificia: post hęc in terris uisus est, ut cum hoibus cōuersatus est, uidelicet factus caro, & apto ore docens q̄ in lege & pphetis ænigmatice tradiderat. Et ne puteris ad diuina duntaxat, & non etiam ad naturalia hęc re

ferri, audite qd de seipso testat sapiens: Ipse inquit, mihi dedit eorum q̃ sunt scientiam uerã, ut scientia dispositiones orbis terrarum, & uirtutes elementorum, initiũ, cõsummationẽ, medietatẽ, & uicissitudines tẽporum, anni curs9, stellarum dispositiões, naturas aĩaliũ, irã bestiarum, uim uentorum, cogitatiões hoim, differẽtias uirgultorum. uirtutes radicũ, & q̃cunq; sunt abscõdita & imꝑuisa didici: oĩm em̃ artifex docuit me sapientiã. Indeficiens em̃ est diuina scientia, cui nihil elabit, nihil accedit, sed cõprehendit oĩa. Scito te ergo nunc qa nõ multo labore istic opus est, sed fide & orõne: nõ longitẽporis studio, sed humilitate spiritus, & munditia cordis: nõ librorum multorum sumptuosa suppellectile, sed expurgato intellectu, & ueritati ueluti clauis cũ sera coaptato: nam librorum turba onerat discentem, nõ instruit, & q multos sequitur autores errat cũ multis. In uno sacro bibliorum uolumine oĩa cõtinentur, & tradunt: ea aũt lege ut non nisi ab illustratis ꝑcipiantur, cæteris sint parabolæ & ænigmata multisq; signaculis ꝑclusa. Orate igit ad dñm deum in fide, nihil hæsitantes, ut ueniat agn9 de tribu Iuda ac librum uobis aperiat signatum, qui agnus solus est sanctus & uerus, qui solus habet clauem scientiæ & discretionis, qui apit & nemo claudit, qui claudit & nemo potest aperire. Hic est Iesus Christus uerbum & filius dei patris, & sapientia deificans, uerus magister, factus homo sicut sumus nos, uti nos perficeret filios dei, sicut est ipse, qui est benedictus in oĩa secula. Sed ne diutius sermocinando ultra clepsidram (ut dicitur) declamen, hic orationis nostræ finis esto.

FINIS.

mines locuti sunt, omia dei & naturæ secreta nobis clara luce tradiderunt. Omia em dei & naturę secreta, omis mo𝔯ū & legum ratio, omis p̄teritorum p̄sentium & futurorum notitia in ipsis sacris bibliorum eloquijs tradunt̃. Quo ergo p̄cipites ruitis uos, qui q̃ritis scientiam ab illis q ipsi in inq̃rendo oēm ętatem suā cōsumpserunt, & tempus & industriā p̄diderunt, nec ullam ueritatē inuenire potuerūt? O stulti & impij q post habentes dona spūssancti, laboratis ut à p̄fidis philosophis & erro𝔯ū magistris discatis ea q̃ à Chr̄o & spūsancto suscipere deberetis. An putabitis nos posse ex Socratis ignorantia haurire scientiam, ex Anaxagore tenebris lucē, ex Democriti puteo uirtutem, ex Empedoclis insania prudentiam, ex Diogenis dolio pietatem, ex Carneadis & Archesilai stupore sensum, ex impio Aristotele & perfido Auerroe sapientiam, ex Platonico𝔯ū sup̄stitione fidē? erratis admodum ualde, & decipiemini ab his q fuerunt decepti. Sed reuocate uosmetipsos qui ueritatis cupidi estis, discedite ab humana𝔯ū traditionum nebulis, adsciscite uerum lumen: Vox ecce de cœlo, uox desursum docens, & sole clarius oñdens, q̄d uobis iniqui estis, & sapientiam suscipere cunctamini? Audite oraculū Baruch. Deus inq̄t est, & non existimabit̃ alius ad illum, hic adinuenit oēm uiā disciplinæ, & tradidit eam Iacob puero suo & Israeli dilecto suo, dans legē & p̄cepta, atq; ordinās sacrificia: post hęc in terris uisus est, ut cum hoībus cōuersatus est, uidelicet factus caro, & apto ore docens q̃ in lege & p̄phetis ænigmatice tradiderat. Et ne putetis ad diuina duntaxat, & non etiam ad naturalia hęc re

ferri, audite qd de seipso testat̃ sapiens: Ipse inquit, mihi dedit eorũ q̃ sunt scientiam uerã, ut scientia dispositiones orbis terrarũ, & uirtutes elementorũ, initiũ, cõsummationẽ, medietatẽ, & uicissitudines tẽporum, anni curs9, stellarũ dispositiões, naturas aĩaliũ, irã bestiarũ, uim uentorũ, cogitatiões hoim, differẽtias uirgultorũ. uirtutes radicũ, & q̃cunq; sunt abscõdita & improuisa didici: oĩm eñ artifex docuit me sapientiã. Indeficiens eñ est diuina scientia, cui nihil elabit̃, nihil accedit, sed cõprehendit oĩa. Scitote ergo nunc qa nõ multo labore istic opus est, sed fide & orõne: nõ longi tẽporis studio, sed humilitate spiritus, & munditia cordis: nõ librorum multorũ sumptuosa suppellectile, sed expurgato intellectu, & ueritati ueluti clauis cũ sera coaptato: nam librorũ turba onerat discentem, nõ instruit, & q multos sequitur autores errat cũ multis. In uno sacro bibliorũ uolumine oĩa cõtinentur, & tradunt̃: ea aũt lege ut non nisi ab illustratis pcipiantur, cæteris fint parabolæ & ænigmata multisq; signaculis p̃clusa. Orate igit̃ ad dñm deum in fide, nihil hæsitantes, ut ueniat agn9 de tribu Iuda ac librum uobis aperiat signatum, qui agnus solus est sanctus & uerus, qui solus habet clauem scientiæ & discretionis, qui apit & nemo claudit, qui claudit & nemo potest aperire. Hic est Iesus Christus uerbum & filius dei patris, & sapientia deificans, uerus magister, factus homo sicut sumus nos, uti nos perficeret filios dei, sicut est ipse, qui est benedictus in oĩa secula. Sed ne diutius sermocinando ultra clepsidram (ut dicitur) declamem, hic orationis nostræ finis esto.

FINIS.

j:...ii,

-hyyo-

3ß.

f:...ii,

– hyyso –

Tß.